

ANNOTATIONES PRO REGIO ÆRARIO

AD SUPREMI REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ
SENATVS REGNI NEAPOLIS

DECISIONES

PER LVCVLENTOS TRACTATVS, ET QVÆSTIONES
AD REM FISCALEM ATTINENTES,

EXARATAS,

A praeclarissimo J. C. Spectabili DOM. D. ANNIBALE MOLES, ejusdem Regia Camera Prae-
fidente, postmodum in Supremo Italia Consilio,

Apud Inuictissimum, Potentissimumque Hispaniarum Monarcham, PHILIPPUM II. à latere
Consiliario, & demum in hoc Regno Regiam Cancellariam dignissimo Regente.

NOSTRA ÆTATE, ANNO 1670. IN LUCEM EDITAS.

Quibus virili spiritu plurima, ad Regalia Jura sustinenda, augenda, atque administranda,
luculentissime elucidantur.

OPUS THESAURARIUM

Magistratibus, Advocatis, Cæterisque in Foro versantibus perutile, & jucundum.

QUATUOR IN PARTES DIVISUM.

Pluribus historico-politicis monitis, variorum I. CC. allegationibus, Caufarum-
que Cameralium novissimis Decisionibus ditatum.

ADDITISQUE undecim Quaestionibus, cum suis Decisionibus, ejusdem amplissimi Regentis D. AN-
NIBALIS MOLES, in editione praefati anni 1670. non impressis: Cumulatis, enucleatisque
pluribus Regia Camera Ritibus, novissima in eorundem Rituum editione praetermissis.

AUCTORE

NICOLAO CAJETANO AGETA,

I. C. PARTHENOPÆO, ET IN SVPREMIS REGNI NEAP.
Regiis Tribunalibus solertissimo Advocato.

PARS QUARTA

Cum MANTISSA variarum Recollectionum ejusdem Auctoris,
Ac totius operis Rerum notabilium.

I N D I C E.



NEAPOLI, Ex Officina Typographica Jacobi Raillard. CIDICXCII.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. PAULO SPINOLA
DE AURIA,
MARCHIONI BALBASIORUM,

*Domino Ginosa, Marchioni Casalis Nocetta, Pontifcorona,
Montisbelli, & Montismarini, è Magnatibus Hispania, uni
ex tredecim Equestris Ordinis S. Jacobi, de Cōsilio Status
Catholica Majestatis, ejusq; Magno Prothonotario in
Supremo Italia Senatu, ac Majestatis Regnantis
Regina Catholica rerum privatarum Comiti.*



Eliberanti mihi operi huic patronos, & quasi Tutelaria Numina quærere; Excelsi Nominis tui amplitudo statim occurrit, EXCELLENTISSIME PRINCEPS: Ad id verò causæ multæ suppetunt, præcipuè, quia in Hispanicæ Nobilitatis flore eruditissimus ipse studiosos amas, ac foves: Quod gentilitium est Excellentissimæ Familiæ tuæ ornamentum; Unde dubium nullum mihi fuit patrociniū liberale, animo submisso, & debitā cum observantia petere, ut inter tuos minimos famulos adscitus, tuæ benevolentia aura recreatus, tanti faciam lividorum virulentiam, quanti Luna latrantem canem, aut procellas irruentes scopulus; Et cum sis ex florentissimo innumerabilium Heroum genere, & non minùs ob tua præclara facinora gloriosissimus: Gloria, inquit *Tullius*, virtutem tanquàm umbra sequitur; Virtutisque is splendor semper fuit, tantusque ei inditus amor, ut nihil illa sit amabiliùs; nihilque quod magis alliciat homines ad diligendum, quippè cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquàm vidimus, quodammodò diligamus; Virtus, inquam, tua, ovationibus quoque, Imperiis, Purpurisque Majorum perfulgentissima, me inter J.C. minimum, tanquàm adamas, ac succinum, festucas, & paleas, ad se traxit; & veluti ferrum, quod inter metalla non adeò nobile, spon-

spontè ad Magnetem (qui facilè præ cæteris lapidibus appetit Principatum) hoc est ad præcellio-rem Magnitudinem tuam, pro-
perat : Humanitas quidem tua vis illa magnetica est, qua calamum
meum ità imbuidisti, ut nauticæ instar lingulæ rutilissimum frontis
tuæ polum cominùs intueri percipiat: Quanta enim probata Re-
gi fide, in Italicis, Statuque rebus gerendis prudentia, gravitate in
munere obeundo, in Viennensi Legatione sine clava Herculem
egisti; Insubriam sapientèr, providèque rexisti, Reginæ nostri Mo-
narchæ Domum, te Duce, feliciter advenerunt, & Plenipotencia-
rius Pacis in diuturnis dissensionibus hominum mentes ad na-
tum æqualiter flectens, æqualem neminem habuisse credimus. Ta-
ceo intereà alti stemmatis tuî celsitudinem, in cujus Cœlo, veluti
sydera spectantur Heroes, quos inter innumeros emicat Ambro-
sius Spinola pro Catholico Rege in pace, Status fidissimus Consi-
liarius, ac suprâ omnes ejus seculi fortissimos, generosissimosque
Duces in belli acie ardentissimum fulmen; Continuatæque avo-
rum, ac tua virtus præfulget in Excellentissimo D. Philippo Anto-
nio Spinola Colonna, filio tuo præclarissimo, Duce Sesti, Viro
Cameræ Sux Catholicæ Majestatis, Consilii belli, Generali Ca-
taphractorum, ac Equitatus in Statu Mediolanensi Duce, Præfe-
ctoque Castri novi Neapolis; Fortes enim creantur fortibus, &
bonis, nec imbellem feroces progenerant Aquilæ columbam. At
dubitare de tua innata magnanimitate viderer, CLEMENTISSIME
PRINCEPS, si prolixius, verniliusque patrocinium tuum, tutelamq;
obtestarer; Ea enim virtutis, ac benignitatis tuæ fama, quæ au-
sus meos provocavit, fiduciam quoque animavit, ut Opellam
hanc, velut devotionis ingenuæ pignus, in tuas munificentissimas
manus traderem, eamque in Regalis Gratia forum Patronus, fau-
torque bona scæva deduceres. Deus te incolumem servet com-
muni Reipublicæ bono, literarum incremento, ac felici tuæ ex-
cellæ Domus perennitati.

Excellentiæ Vestræ

Neap. A. D. MDCCXCII.

Kal. Octobris.

Humillimus Servus
Nicolaus Cajetanus Ageta.

ANNOTATIONES PRO REGIO ÆRARIO

Ad quæstiones examinatas per Spectab. Dom. D. Annibalem Moles, Regiam
Cancellariam meritissimum Regentem, & auctas per Dom. D. Tho-
mam Moles eius filium, M. C. Vic. Iudicem, cum suis
decisionibus actitatis in Regia
Camera Summaria.

A V C T O R E

NICOLAO CAIETANO AGETA;

I. C. P A R T H E N O P Æ O,

Et in Supremis Regni Neapolis Regijs Tribunalibus
solertissimo Aduocato.

A D §. XXVI.

De Iustitia Tituli, & possessionis Regis nostri Catholici Hispaniarum
super hoc Regno Siciliæ citra Pharum.

A N N O T A T I O.

S V M M A R I V M.

Regna, & Imperia sunt caduca, n. 1.
Regnum hoc Neapolitanum, quos Re-
gibus subiectum fuerit, & quomodo
ad Augustissimos Austriacos legitime
peruenerit, n. 2. & 31.

Sereniss. Austriaca familia religio, pietas,
& gloria extolluntur, n. 3. & 4.

Sicilia Insula, cur olim Neap. Regno uni-
ta, ac deinde diuisa, & Vtriusque
Siciliæ nomen derivatum, n. 5. & 6.

Regnum Neapolitanum, quomodo paruerit
Romanis, Gothis, Vandalis, Longo-
bardis, Grecis, ac Saracenis, à n. 7.
ad 11.

Castroborus, enias fuerit, & quibus hono-
ribus functus, n. 9.

Normanni, unde sic dicti, & quomodo

Regni huius potiti, à n. 12. ad 18.

Census solutio huius Regni causa, facienda
Sūmo Pontifici, quando capta, & cuius
quantitatis sit hodie, n. 14. 16. & 36.

Primogenitus Regis Hispaniarum, quare
Dux Calabriae appelletur, n. 15.

Rex Neapolis primus fuit Rogerius Nor-
mannus, n. 19. Et an Neapolis tunc
Respublica fuerit remissive, n. 20.

Aliorumque Regum series, usque ad Au-
gustiss. Austriacos, à n. 21. ad 23.

Reges Catholicos Hisp. ex Augustiss. Domo
Austriaca iustissimo titulo hoc Regnū
Neap. possidere, ex historijs; alijsq;
ponderationibus indubitabiliter ostē-
ditur, à n. 24. ad 33.

Regnum Neapolis, an sit hereditarium, n.
34. Et an in eo præter annum cen-
sum aliquid habeat S. R. Ecclesia, vel

A in

2 Nicolai Caietani Ageta I.C. Parthen.

in Regem omnia translata sint, etiam directum dominium, à n. 34. ad 38.



Hatendū in Regalibus Iuribus Regni huius singulatim, alijsque ad Regium Ararium attingentibus peculiari annotatione versati sumus: Nūc de

titulo, quē habet in vniuerso Regno noster Catholicus Rex, est inquirendum; Quod sanē noster *Autor* ostendit, ex ipsa historię repetitione; & Nos etiam, primos iam nostrę ætatis annos agentes, non infulso calamo Regni Sicilię Citrà, & Ultrà Pharam, historię seriem rescripsimus in nostra *Fori feud. Epitome cum suis offert. in libello de Feudo Regni Viriusq; Sicilia à pag. 1. vsq. ad 47.*

1 Si autem de origine, & successionum huius Regni progressu sermonē subtexere velimus, annotationis institutū præmittamus, oportet; Quis enim tanti temporis lapsus modico foliorum numero perstringere valebit, cum de hac Regnorum mutatione haud sit mirandum; Regna enim, & Imperia ipsa caduca, & instabilia sunt, & sub perpetua quadam mutatione, & volubilitate cōstituta, vt innumeris exemplis ex sacris literis, & omni antiquitate petitis ostendunt, & illustrent *Bocac. de casib. Princip. Petr. Gregor. lib. 18. Syntagm. cap. 1. & de Republ. lib. 21. & in Syntagm. art. mirab. lib. 22. cap. 4. Fhem. Boz. de Signis Eccl. Dei lib. 24. c. 3. & in integris octo libris, quos de Ruinis gentium, & Regnorum inscripsit, Fr. Thom. à Maluēda lib. 1. de Antichristo cap. 4. & lib. 4. ex cap. 8. ad 16. Petr. Faber lib. 1. semestr. c. 8. & 9. Valdes de dignit. Reg. Hisp. cap. 12. n. 9. Petr. Andr. Canonherius to. 1. aphorism. Polit. Hippocr. pag. 593. D. Io. Solorzan. lib. 2. de Indiar. iure cap. 2. tom. 1. quod etiam insinuauit Iust. Lipsius in cent. 3. ad Belgas epist. 31. cum ait: Magna Imperia limites suos habent, quō cum vene-*

runt, sistunt, retrocunt, ruunt. Et elegantè Manil. lib. 1. Astron. sic istos Regnorū casus, & vicissitudines canit, siuē meliùs luget.

Quos post excidium Troia sume eruta Regna?

Quos capti populi? quoties fortuna per Orbem

Seruitium, Imperiumq; tulit, varièq; reuertit?

Troianos cineres in quantum oblita refouit

Imperium, fatis Asię iam Gręcia pressa est.

Secula dinumerare piget, quotiesque recurrens

Lustraret Mundum vario Sol igneus Orbe,

Omnia mortali mutantur lege creata, Nec se cognoscunt terra, ventibus annis,

Exutas variam faciem per secula gentes.

2 Regnum profectò hoc Neapolitanum varijs paruit Regibus, quorum quinque Nortmanni, Sueui quatuor, Andegauēses octo, Galli duo, Aragonij quinq; Ab anno verò 1501. feliciter dominari cepit Sereniss. *Ferdināus* Rex Catholicus, qui *Ioānam* eius filiā Philippo Archiduci Austrię Maximiliani Imperatoris filio, vxorem tradidit, ex quibus ortus immortalis memorię *Carolus V.* Imperator Augustus, qui *Magnus Atlas Iberus*, Monarchię Molem, tot Regnis ornatam, tot gentium nominibus potentissimā, geminoq; Orbi prægrauem imposuit *Philippi II.* filij Herculeis propè humeris, eaq; defūcto nominis, & Imperij dignissimushęres successit *Philippus III.* Oriētis, atq; Occidētis Monarchia à Maurorum barbarie Hispanijs proscripta pijsissimus, fortissimusq; emicuit; Hic autē ex Margarita VII. Austriaca *Ferdinandi II.* Cęsaris Sororē Monarchię destinauit Successorē rer maximum *Philippum IV.* ac Triumphatorem Augustum, quique ex *Maria Anna Serenissima Heroide Austriaca*, alterum dedit Inuictissimum.

Annot. ad Dec. R. Moles §. 26. de Iustitia Tit. &c. 3

Carolus II. qui hoc anno 1697. felicissimè regnat; & in eivernum cum sua gloriosissima progenie regnaturum fore speramus, non solum ob tantæ potentæ gloriam, ac Maiestatem, quàm ob innotatam, & nunquam intermissam Pietatem ad vnam veri Dei religionem, diuinique cultus confessionem, ex quo meritò Catholicus titulo decorantur, Camill. Borrell. de Regis Catholici præstantia cap. 41. Et illud inter alia mirandum literis consignavit, Hermannus Kirchnerus in Morwillerio lib. 2. cap. 83. in hac familia nullum vnquam Tyrannum extitisse. Atque ob hanc causam Austriacam domum tot incrementa habuisse, & pro armorum insignibus albam fasciam in Campo sanguineo gestasse, elegantè ostendit celebris quidam Poeta apud Solorzan. de Indiar. Iur. lib. 1. cap. 16. num. 93.

*Austriacamque habitare domum per
secula iussit,*

*Et spargat cum Sole simul sita Scap-
tra per Orbem*

*Candida Religio est, rubet alter San-
guine coniax,*

*Austriaca hinc insigne Domus cum
Sanguine candor.*

Et de hac Fascia cum alijs Austriacæ Insignibus, Hoping. de Insign. Iure p. 5. §. 1. membr. 2. Ex eadem familia Imperio tot data Capita, quot nunquam ex alia, cum quindecim numeremus hætenus Imperatores, scilicet Rodolphum I. Albertum I. Fridericum III. Albertum II. Fridericum IV. Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam I. Ferdinandum II. Ferdinandum III. Ferdinandum IV. Leopoldum I. hodiernum Aug. Imp. quorum Laconicam Genealogiam, initium, & progressum habes, apud Herm. Vesselingium post suum tract. de Iure Potest. Rom. Pontificis, sed Genealogiam, & alia circa hanc familiam, enarrant cis. Borrell. de Regis Cathol. præst. cap. 4. per tot. Spenner. in Syllog. Geneal. Histor. ex pag. 3. Ioannes Lym-

neus lib. 4. de Iure Public. cap. 2. Philip. Andr. Oldenburgerus in Lymno enucleato lib. 3. cap. 2. & tom. 1. Hispania Illustrata pag. 1180. Nicolaus à Ritterbusio de Genealog. Imp. Regum &c. tab. 1. & 2. Chiffletius in peculiari commentario de Stemmate Austriaco, Hieronym. Vignerius in descript. Genealog. 10. Gans in Arboreto Genealogico Domus Austriacæ, & Phosphorus Austriacus.

5 Sicilia igitur vna ex principalioribus Italiæ Prouincijs (Cicer. 4. in Verrem, Sigonius de antiquo iure Prouinc. lib. 1. cap. 3. de Sicilia) cum hoc nostro Neapolitano Regno prius iuncta erat, & sic Regnum Siciliæ appellatur, quod restitutum ab Italia seclusum esse, dicunt Plinius hist. nat. lib. 2. cap. 88. & lib. 3. cap. 8. Seneca epist. 90. & maris impetu, tempestate uè irruptum esse, restatur Cassiodor. var. lib. 12. epist. 14. et Virgil. 3. Aeneid. ita cecinit:

*Hæc loca uè quondam, & vasta con-
vulsa ruina*

*(Tantum cui longiqua ualet mætare
uētustas)*

*Dissiluisse ferunt, cum protinus
uerraq; Tellus*

Vna foret—

Et Quid. metamorph. lib. 15.

*Nunc freta circumueunt, Zæchle quoq;
iuncta fuisse*

*Dicitur Italia, donec confinia Pontus
Abstulit, & media tellurem reppu-
lit unda.*

6 Ideoque Neapolitanum Regnum, & Siculum, sub nomine Vtriusque Siciliæ venit, hoc vltimum Vltra Phæarum, Neapolitanum verò Citra Phæarum appellari solet, Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in Specul. Princip. in proem. lit. B. & de Reg. Cath. præstans. cap. 46. num. 139. & cap. 47. num. 16. Diciturque Sicilia à Siculo, qui fuit primus Siciliæ Rex antiquissimus, quique inibi regnabat anno Cratōnis Mundi 3757. & ante Aduentum Domini Nostri Iesu Christi 1442. vt tradunt Author supplem. Chronic. lib. 3. fol. 43. col. 2. Solinus in Memorabilibus Mundi cap. 10. fol. 34. quos refert D.

4. Nicolai Caietani Ageta I.C. Parthén.

Francisc. de Balboa in Monarchia Regum 3.p. 9.2.n.121.

7 Quoad verò attinet Dominium, antiquitus nulli dubium est, hoc Regnum Romanorum Imperio subiecisse, à quorum manibus Gothi eripuerunt, & ab eis Vandali, & ab his Longobardi, & post Longobardos, Imperatores, præcipuè Græci, à quibus venit præsertim Insula ad Saracenos, & ab ipsis ad Nortmannos.

Fuit enim in Romanorum potestate vsq; ad tempus Caroli Magni, & quamuis Constantinus ille Magnus Bizantium transfulerit Imperium anno salutis 333. eius tamen dignitati per sexaginta annos nihil detractum est. Mortuo autem Theodosio, distributisq; Arcadio Orientis, & Honorio Occidentis Prouincijs, tanta Imperij inclinatio facta est, vt dum Honorij administratores omnium rerum potij posse sibi persuasissent, barbaros introducere fuerunt conati.

8 Hinc Gothorum irruptio in Italiã anno 406. facta est, quos Romani in societatem adsciuerunt, non intelligentes, quantum detrimenti ab ijs essent passuri, vnde Zeno Orientis Imperator, qui permiserat Gothis, vt Thraciam incolerent, cum animaduerteteret, barbaros aduersus Romanos facillè arma capturos, dato eis Duce Theodorico Patritio Viro, & Consulari, quem sibi filium adoptauerat, vt sic Italiã peterent, hortatus est. Theodoricus igitur cum Gothorum copijs solus imperauit, sed Rex maluit appellari, *Iul. Cesar Capacius lib. 1. Histor. Neap. cap. 20.*

9 Cuius Regis fuit Secretarius *M. Aurelius Cassiodorus*, ijs virtutibus, eaq; fama notus, vt Exquæstoris Sacri Palatii, Excons. Comitibus honorè, & Præf. prætorio, ac Patriciatus apicem fuerit adeptus, & Brutiorum, ac Lucaniæ propriæ patriæ præfecturã, vt ex eius *Epist. 3. lib. 1.* teste etiam *Licentiano Velmurex in suo Secretario discurs. 2. fol. 9.* fuitq; de Ciuitate Squillacij in Calabria, si credimus *Mara-*

foto in Cronica Calabria lib. 4. circa fol. 305.

10 Mortuo Theodorico, Athalaricus, eius ex filia Amalasuèthe nepos, ad Imperium est euectus, quod perdurauit vsq; ad tempora Iustiniani Imperatoris, qui misso Bellisario singularissimo Duce anno Domini 534 Gothos ab Italia expulit, & hãc Neapolis quoq; Urbem fuit adeptus, *Hellestas 1. part. hist. Pontific. lib. 3. cap. 8. fol. 97. Balboa de Monarchia Regum d. p. 3. q. 2. n. 122. & noster Author hic n. 14. & 15.*

11 Cumq; Bellisarius Constantino-
polis esset reuocatus, rebus Italijs præfectus est Narses Eunuchus, genere Persa, qui in Italia Gothicũ nomen, quod per 72. annos viguerat, summa virtute obliterauit. Et post varios belli casus cum Longobardis, & Saracenis, Nortmanni (quos sic dictos

12 asserunt, quippè *Nort Septentrionè, Man*, hominem significat, quasi homines Septentrionales) ex Nouuergia, vel Nortmannia discedentes, diuturno bello à Danis victi, nouas sedes querere statuentes, anno 700. in Galliam crudeliter irruerunt; Sed *Leo Ostiensis in Hist. Cassinensi* aliter nectit historiam; Illud tamen verius, quod inter eos *Nortmannus Gulielmus Ferrabac*, seu *Fortebracius, Tancredi* filius erat, qui occupata à Saracenis Sicilia, Pontificis monitu, cum *Molocco* Græco Duce in barbaros irruit, & insulam eo: ù dominatu liberauit. Eiusque frater *Drogo* magnam cladem ab alio Græco Duce, qui *Melus* dicebatur, accepit. *Drogoni Hunfredus*, huic *Gothifredus* fratres successerunt, vt latè tradunt *Iul. Cesar Capacius lib. 1. Histor. Neap. cap. 20. Balb. d. q. 2. n. 80. vers. cum enim.*

13 Huic successit *Robertus, Gothifredi* frater (licet alij aliter velint) cognomento *Guiscardus*, ad maxima facinora natus, qui Calabriam, Apuliamq; eiectis Græcis occupauit, per *Ragerium* fratrem Siciliam recuperauit, *Michaeli* Imperatori opem tu-

lit

Annot. ad Dec. R. Moles §. 26. de Iustitia Tit. &c. 5

- dit, Græcos classe vicit, *Henricum III. Imp.* qui *Gregoriam VII.* in *Mole Adriani* obsederat, Urbe expulsi anno 1084. Pontificemq; liberatum. *Salernum* secum duxit, à quo fuit ei confirmatus titulus *Ducatus Apulix, & Calabriæ*, à Summo Pontifice *Nicolao II.* concessus, *Autor* noster hic à n. 30. *Balboa d. q. 2. n. 81.* *Capacius d. lib. 1. Hist. Neap. cap. 20. in fine, lo. Ant. Summonte in Hist. Neap. lib. 1. fol. 462.* *Scipio Mazzella in descrip. Regn. Neap. lib. 2. fol. 420.* ubi refert formulas utriusq; iuramenti, quo mediâte *Romanæ Ecclesiæ* vasallus ligius factus, promisit ei solvere censum, post *Carol. Sigonium in lib. 9. Histor. Regni Italia fol. 389.* & *Marcell. de Iure Seculari Roman. Pontif. fol. 120. Colennucius Histor. Neap. lib. 3.*
- 24 Et ita incæpisse solutionem census huius Regni inquit *Tasson. de antefat. vers. 14. obs. 1. n. 36. & 37. ubi n. 38.* hodiè etiam servari testatur à nostris Inuicis. Regibus, ut eorum *Primogenitus*, *Hispaniarum Princeps*, & *Calabriæ Dux* appelletur, quod ex alijs tradidit *Reg. Galeot. resp. fife. 12. ex n. 255.* & sequitur *Reg. de Philipp. fife. dissert. 32. n. 6. & 14.* Sed hic
- 26 *annuus Ecclesiæ Romanæ pro Regno* promissus, auctus deinde fuit, ad varias pecuniæ quantitates, vel dimissus iuxta temporum vicissitudines, & occasiones, ut obseruat *Card. Baron. Annal. Eccles. anno 1198. Marcell. d. tract. fol. 125. & seq. Camill. Borrell. de Præstam. Reg. Cath. cap. 47. ex n. 28. Felyn. Sond. de Regno Neap. cap. 7. fol. 15. Colennuc. lib. 4. compend. Histor. Neap. fol. 107. et. Christoph. Besold. de Regno Hierosol. & Neap. fol. 774. Summonte lib. 2. Hist. Neap. fol. 6. & fol. 87. & 178. Capacius in libro nuncupato (11 Forastiero) giorn. 3. fol. 157. D. Franc. Capyc. Latr. Histor. Neap. fol. 5. & lib. 2. fol. 76.*
- 27 Duos hic *Robertus* habuit filios, *Boemundum*, & *Rogerium*, quorum hic ultimus, ille primus, ut dicit *Colennuc. lib. 3.* inter quos de *Dominatu*

diffidia orta sunt, nam *Rogerium* præsentem populi acceperant, cum *Boemūdus Dyrrachij* à patre relictus esset, in *Syriam* profectus est, & *Rogerius Apulix, & Calabriæ Ducatum* obtinuit, moriensq; *Gulielmum* reliquit, qui *Constantinopolim* nauigās, ut in uxorem Imperatoris sororem, duceret, quidquid in *Italia* possidebat, amisit.

- 18 Tunc *Rogerius Siciliæ Comes* ex eo *Rogero* ortus, qui iubente *Guiscardo Siciliam* à *Saracenis* recuperauerat, nactus occasionem in *Calabriam* contendit, eaq; & *Apulia* potitus est, Regemq; *Italix* se appellandum iussit, quod *Honorius Pontifex* dissimulauit, sed *Innocentius* successor id ægreferens in *Rogerium* arma direxit, sed deindè inuestituram habuit, quam confirmavit *Anacletus*, anno 1130. & postea approbavit idein *Innocentius* anno 1139. cum titulo
- 19 *Regis Regni*, & ita primus *Rex* utriusq; *Siciliæ* appellatus, noster *Autor* hic n. 39. & 40. quem refert *Reg. de Philipp. fife. dissert. 32. n. 4. & 5.* & ex nostris *Historiographis* plenè colligi potest, *lo. Baptista* scilicet *Carafa histor. lib. 3. sub vers. Inteso questo pag. 54. & 55. Scipion. Mazzella in descrip. Regni Neap. lib. 2. inuita Rogerij 1. fol. 425. lo. Ant. Summonte lib. 2. hist. Neap. in vita d. Rogerij à fol. 1. & post Card. Baronium, ex diplomate Anacleti Antipape, inibi rescripto, sequitur D. Francisc. Capyc. Latr. Marchio Lucidi hist. Neap. p. 1. pag. 4. ac etiam Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap. 47. n. 17. lo. Angel. Pisanell. in commentarijs ad Pragm. editam Thori n. 3. D. Francisc. de Balb. in Monarch. Reg. p. 3. q. 2. n. 81. & 82. Tasson. in comm. ad prag. de antefat. vers. 14. obs. 1. n. 38. Reg. Tapia lib. 1. Iur. Regni tit. 1. de nouo Philippi, Cod. componendo in annot. ad rit. 1. n. 9. & 10. fol. 11. Conf. D. Blasius Altimar. sub anagrammatico nomine *Tobia Almagiore in recollectione miscell. histor. ingita post tom. 4. lo. Ant. Summonte, nouitèr Neap. impress. anno 1675. fol. 81.**

- 20 Sed eruditus I. C. & Historicus *Frācisc. de Petris lib. 1. Histor. Neap. cap. 5. per tot.* strenuè tutatur Neapolim fuisse Rempubicam, & Nortmannos, si cet Regni potiti essent, non tamen Neapolim dominasse contendit, & Rogerium non Regem, sed Neapolis Urbis Ducem fuisse ostendit, idque etiam confirmat ex *Capacio lib. 1. hist. Neap. cap. 12. in Rogerio Duce XXXIV.* ubi ita inquit: *Quamvis in Rogerio Ducatus Neapolitana Reipublica finem conspiciamus, posterioribus tamen temporibus anno 1190. obicitur se nobis Aliernus ille, qui nobilissimū Amalphitanis, & Scalensibus privilegium concessit, cuiusq; diploma in Actis Neapolitanis habemus, qui cum Consulibus, Comestabilibus, Militibus, & Populo Neapolitano receusetur &c. & aliquot Duces recenset idem eruditus. R. Consil. D. Blas. Alimmar. in hist. Genealogica familie Carafa lib. 1. fol. 54. 66. & 67.*
- 21 Qui Rogerius Primus defunctus in Ciuitate Panormi anno Dom. 1156. filium suum *Gulielmum* reliquit, qui regnavit vsque ad annum 1166. sub *Mali* cognomine vocitatus, habuitq; filium *Gulielmum* cognomento *Bonū*, cui sine filijs decedenti, successit *Tancredus* eius patruus naturalis, qui cū filio vocato *Gulielmo* infra septennium obiit, & ab *Henrico VI.* Sueuio Imperatore, *Constantia* filia supradicti Rogerij I. viro, iste *Gulielmus* fuit captus, & deorbatus anno 1198. & ita finijt Nortmannorum linea, regnante predicto *Henrico* Imp. annis quatuor, cui successit *Fridericus* vnicus filius Imperator, qui relicto *Corrado* Romanorum Rege infante cepit regnare *Manfredus* filius naturalis *Friderici*, ad annum vsq; 1266.
- 22 Venit indè *Carolus I.* Andegauensis, & Prouinciæ Comes, frater *S. Ludouici* Galliarum Regis, à *Clemente IV.* de hoc Regno inuestitus, cui Rex *Carolus II.* eius filius, & huic *Robertus III.* successit, cuius filio in vita patris defuncto, successit *Ioanna I.* predicti *Caroli* filia, deindè *Carolus III.*
- cui successit *Ladislaus*, quo sine filijs mortuo, successit fuit delata eius *Sorori Ioanna Secunda*, quæ sibi in finit adoptauit *Ludouicum* Andegauicæ Regem, eoq; mortuo fratrem eius *Rendatum*, sed legitimo adoptionis iure volcauit Regem *Alphonsum I.* Aragonensē, qui reliquit *Ferdinandū I.* eius filium naturalem à Pontifice inuestitum, quiq; habuit filium *Alphonsum II.* cui expulso *Carolo VIII.* Galliarū Regē, successit *Ferdinandus II.* filius eiq; *Fridericus* patruus, qui in auxiliū vocauit *Ludouicam* Gallorum Regē, cum quo Rex *Ferdinandus*, Catholicus nūctatus, filius Regis *Ioannis* Fratris Regis *Alphonfi I.* diuisit Regnum, citrà præiudicium suorum iurium; Sed contentione orta, ex valore Magni Capitanei, victis, ac fugatis Gallis, totius Regni potitus fuit anno 1503. cui successit *Ioanna* huius nominis III. qua defuncta successit *Inuictissimus* Imperator *Carolus V.* eius primogenitus qui anno 1554. Regna cessit Catholico, & Sapientissimo Regi *Philippo II.* eius filio, & sic iure optimo hoc Regnum ad Gloriosissimam Domum Austriacam peruenit, testo nostro *Authore hic n. 53. & seq.* qui ad hæc omnia se remittit ad *Frecciam lib. 1. de subfend. tit. de antiquo Statu Regni à n. 24.*
- 23 Et hæc breuiter indicare placuit, ne rescriberemus latè dictam præfata nostra *Fori feudalis Epitome*, & plenius adeūdi *Historiographi*, præsertim *Besold. histor. Neap. c. 5. Zappull. cap. 5. hist. Neap. Colennuc. Costa, & alij, Scipioni Mazzell. in descripi. Regni Neap. lib. 2. à fol. 425. vsq; ad fol. 470. Capac. in lib. intit. Il Forastiero giorn. 3. lo. Ant. Summonte histor. Neap. lib. 2. vsq; ad lib. 7. Conf. D. Blas. Alim. in d. recollect. hist. post tom. 4. Summonte edit. anni 1675. à fol. 81. ad 87. Balboa in d. Monarchia Reg. d. p. 3. q. 2. à n. 81. ad 115. & Antonius Bulifox in perutili *Annalium Regni Neap. opere*, cui tit. *Cronicamerone.**
- 24 Dilucidè verò patet, Catholicum Regem nostrum iustissimo titulo hoc

Annot. ad Dec. R. Moles §. 26. de Iustitia Tit. &c. 7

Regnum possidere, ex iuribus Sereniss. Aragonensium Regum, per Constantiam, ex Sueuorum linea, Manfredi Regis filiam, & Corradini consobrinam, Petro Aragoniæ Regi, nupti traditam; Enimverò mortuo Rege Corrado Imp. Federici II. Sueui filio, successio legitimè delata fuit Corradino eius vnico filio; aut Regi Manfredo, etiam filio naturali eiusdem Federici, cum iam mos in ipso Regno inualuerat, vt naturales succederent deficiente legitima prole, vt seruatum erat cum Rege Tancredo, vltimo ex Nortmannica stirpe.

25 Licet Summus Pontifex Urbanus IV. natione Gallus, ad Regni adpersionem vocauerit Carolū Andegaviæ Ducem (fratrem S. Ludouici IX. Galliarum Regis, qui & ipse oblatam sibi acquisitionem veluti iniustam recusauit) qui Manfredum superauit, & Corradinum captiuum factum in foro magno Neapolis crudelissime morti tradendum iussit; Cum hic ante eius infelicem obitum, sua iura donauerit eidem Constantiæ Aragonum Regiæ suæ Consobrinæ; Vnde Carolus de hoc Regno Neap. à Clemēte IV. successore an. 1265. iniuste inuestitus fuit; Sed à Siculis, Gallorum durissimam ac sæuissimam seruitutem respuentibus, & in memorandis *Vesperis Vigiliæ B. Mariæ Augusti* anno 1282. ijs omnibus trucidatis, opera etiam *Ioannis de Procida*, accersitus fuit præfatus Rex Petrus, qui hereditario iure Constantiæ suæ vxoris Manfredi Regis filix, Siciliæ Regnum vltra Pharam conquisiuit, quod semper in Aragoniæ Regum dominio permansit, vt apud *Historicos* in comperto est.

26 Veruntamen hoc Regnum Siciliæ citrà Pharam, annuente tunc Summo Pontifice, remansit Carolo prædicto, qui vocatus fuit Primus, eiusque, post Carolum II. eius filium, Robertum tertio genitum, Ioannam I. Carolum III. & Ladislaum, successit Ioanna II. quæ filijs carens, adoptauit Ludouicū Andegauensē, eoque mortuo, fratrē

eius Renatum, cuius infestos mores abhorrens in sui subsidium, ac tutelam, hostiumque propulsationem aduocauit Sereniss. Alphonsum I. Aragoniæ, ac Siciliæ Regem, qui non sine grauibus impensis, & periculis proprijs, Hispaniarū relictis Regnis, potenti classe personalitè veniens, eam liberauit; In cuius summi beneficii compensationem eundem Regē in filium arrogauit, ac Regnum eidē, suisque legitimis successoribus concessit; Post cuius Regiæ obitum, Rex ipse nulli parcens periculo, aut impensis, strenua animi virtute, ac magnitudine, Regnum hoc recuperauit, ac Neapolim anno 1442. ingressus fuit super aurato curru triumphator magnificus: Qua dispositione Regiæ Ioannæ II. approbata, attentis prædecessorū iuribus, ac eiusdem Alphonfi meritis in acquiēda, restituēdaque; Ecclesiæ Marchia Anconitana, Eugenius IV. tertio Idus Iulij 1443. ipsum de Regno citrà, & vltra Pharam inuestiuit, *pro se, suisque heredibus descendens, ex recta linea masculis iam natis, & in posterum nascituris, nec vllus succederet, qui non esset de legitimo matrimonio procreatus, & nunquam eligeretur Imperator Rom. vel Rex Theutonia, aut Dominus Lombardia, vel Tuscia.*

27 Mortuo autem Rege Alphonso I. sine legitima prole, in paternis Regnis Aragonū, ac Siciliæ iure successit Ioannes eius frater, ex quo natus fuit Ferdināndus Rex Catholicus; Sed quia iā antea Rex Alphonso suum successorē Regni huius declarauerat Ferdināndum I. filium naturalem, per Eugenium IV. ac Nicolaum V. habilem, & capacem factum, anno 1458. quarto Idus Nouemb. à Pio II. inuestituram accepit, *pro se, suisque liberis, ex recta linea legitimè descendens, ita tamen, quod stantibus maribus, siue ex directa, siue ex trasuersali linea, vsque ad quartum gradum femina non succedat, inter eos gradus, & linea prerogatiua seruata* (quidquid de exclusionē feminarū ex Collegij Cardinaliū decre-

to ad evitandas clades, quibus exhausta fuerat Italia propter foeminarum, in Regno successionem, testatur. d. m. Henning. Arnif. de Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 12. num. 42.) Huic successit Alphonfus II. eius filius, deinde Ferdinandus II. qui instituit Federicum suum patrum, ac Ferdinãdi I. filium. Qui Federicus Regni inuestituram, ab Alex. VI. Papa obtinuit anno 1497.

28 Nunquã tamen Rex Catholicus destitit à Regni recuperatione, cum prædictus Ferdinandus I. minimè in eius præiudicium legitimari potuerit, adeòque noluit appellari *Tertius*, quia mortuo Alphonso I. eius patruo sine legitimis filijs, sicut pater eius Ioannes Rex, tanquã secundogenitus, successit in alijs Regnis, ita huic Regno succedere debebat, exclusis Ferdinando I. eiusdem Alphonfi I. illegitimo filio, eiusque successoribus, tanquã ex infecto stipite prodeuntibus; Sed cū esset vtrinque varij conatus, dum Regnum Ludouicus XII. Galliarum Rex occupare, & Rex Catholicus recuperare conarentur; Inde federe inito inter eos, quorum quilibet etiam Regnum citrà Pharam ad se de iure spectare prætendebat, per eundem Alexandrum VI. Summum Pontificem, priuato Federico iure, si quod in dicto Regno competeat, Regnum ipsum in duas partes diuisum fuit, concedendo Neapolitanam, & Caietanam Ciuitates, Terram Laboris, ac Prouinciã Aprutinam, Ludouico Francorum Regi, cum titulo Regis Neapolis, & Hierusalem; Ducatus verò, & omnes Prouincias Calabriae, & Apuliae Ferdinando Catholico, & Helisabeth Hispaniarum Regibus, cum titulo Ducis, & Ducisae Calabriae, & Aputiae, vt ex inuestitura Alex. VI. sub datum Sept. kal. Julij 1501.

29 Verùm non diù felici euentu Rex Ludouicus regnavit, cum exorto postmodum bello quoad terminorum diuisionem, singulari Dei prouidentia, ac strenuo valore Magni Capitanei

Consalui Ferdinandi de Corduba, Inuictis. Rex Catholicus totius Regni, vt par erat, palmam reculit; Et Inde Iulius II. Papa, quinto nonas Julij 1510. egiè ferens, quod Regnum prædictum non sine magno incolarum dispendio, & quotidianis periculis septum, & in Ecclesiae graue præiudicium, & dedecus, sub diuisione præfata remaneret, illegitimã ipsã cõuentionẽ, sed diuisionem nullã esse, ac Ludouicũ Regem à Regno, omniq; iure cecidisse declarauit, & Regnũ ipsũ Siciliae, & Hierusalem cū tota terrã citrà Pharam, vique ad confinia Terrarum Ecclesiae Romanae, excepta Ciuitate Beneuentana, cum eius territorio, *pro se, suisque heredibus, & successoribus tam masculis, quã feminis ex eo recta linea descendens*, in feudum perpetuum concessit dicto Ferdinando, propter maiorum suorum insignia merita, ac ipsius gentilem, ac hæreditariam à penè rerum primordio regnandi consuetudinem, & pro Christianae Religionis augmento susceptos spontè labores, innumerabilemque exhaustam pecuniam, *Granate, & Almeria* Regna à Mahumetica tyrannide liberata, Indici maris, & vltioris Oceani ignotos penitus populos ad humanæ gentis cultum redactos, Iudæos à suis vniuersis Regnis, non absq; Regij Ætarij iactura prorsus expulsos, ac bellum contra Africam, fidei ampliã desiderio susceptum; Nè tamen hac noua inuestitura quicquã iuribus, quæ ipsi Ferdinãdo in dicto Regno, vt supra competeat, detraheretur, his verbis cõcessit: *Sine tamen præiudicio iuris ipsi Ferdinando Regi, aliã in Regno Sicilia, & Hierusalem, ac Ducatibus, & Prouincijs prædictis, forsã competentis, cui per præsentis non intendimus derogare.*

30 Hinc Rex Catholicus, & successiue Rex noster Sereniss. non tenetur ad obseruãtiã dispositionum Regis Federici, eiusq; prædecessorũ, vt supra Hieron. Zurita in 10. 6. de las impresas, y ligas de Italia lib. 7. c. 40. Guicciardin. hist.

hist. lib. 7. fol. 329. quia non venit, ut eorum successor, licet illi legitimi fuissent Reges, stantibus SS. Pontificum inuestituris, ut iudicatum refert noster *Autor* supra in §. 17. de *Iure deuolus. qu. 17.* ubi Nos in annot. post alios; Et adest *Pragmatica edita Thori* anno 1505. quæ est 4. de *possessor. non turbandis*; ubi disponitur, quod nulla lis moueatur de gestis, & donatis per Ser. Reges Alphonsum, Ferdinandum, & Fridericum, inconsulta Reg. Maestate.

31. Regi Ferdinãdo Catholico successit eius filia Ioanna III. quæ ex Sereniss. Philippo Archiduce Austriæ successorum habuit Augustiss. Cæsarem, ac Hispaniarum Monarcham Carolũ V. meritòq; Leo X. Papa anno 1521. pridie Kal. Iunij dispensauit, ut Regnum Siciliæ citrà Pharam cū Imperio, ac Regno Rom. retineret, non obstante prohibitione aliàs facta; sed illustri Cæsareæ magnanimitatis exēplo, Imperium celsit Romanorum Regi eius fratri, ac Hispaniarũ, Siciliæq; Regna cū nouo Orbe, eius Augustiss. filio immortalis memorię Philippo II., qui de hoc Regno à Iulio III. decimò Kal. Nou. 1554. inuestituram accepit, eodem modo, quo per Iulũ II. præfato Regi Ferdinãdo Catholico concessum fuerat, pro solito annuo censu septem milium ducatorum, & vnus parafreni albi; Et post duos Inuictiss. Reges Philippos III. & IV. felicissimè nunc regnat pijsimus Carolus II. Vtriusq; Orbis Monarcha potētissimus, cui perennè prolem enixè precamur, ac tam fecundam Augustissimè Austriacæ familiæ seriem, fidelissima Neapolis numeret, ut Orbem impleat vniuersum.

32. Siuè igitur inspiciamus antiqua, eaque firmissima Aragonensium iura, ex Sueuorũ linea, siuè iura Andegauenisũ (qualiacunq; illa sint) ex adoptione per Ioannã ultimam ex ea stirpe Reginam, Ser. Regi Alphonso I. facta, atque à Summo Pontifice approbata; Vndique patet nostri Catholici Regis iustitia, aduersus Gallorum fallacias,

ut ostendunt *Autor hic, D. Franc. Balboa de Monarchia Regum d. 3. p. q. 2. n. 115. lo: Angelus Pisanellus in comment. ad Pragm. editam Thori, à num. 3. ad 8. & ex Historicis doctissimè collegit Regens D. Iacobus Mainaldus in libello de titulis Philippi Regis, quem recēsent quoq; Reg. Carol. Tapia lib. 1. Iur. Reg. tit. de nou. Philip. Cod. comp. num. 4. & 5. fol. 10. & Conf. Carol. Petra Dux Vastis Girardi in proem. Rit. M. C. n. 4. late quoq; ac eruditissimè ad hæc scripsit anno 1648. D. R. D. Carol. Calà Dux Diani, in responsione ad Manifestum Gallia, & aduersus Gallorum fucos, laconicè, tuctur integerrimus Reg. Conf. D. Franciscus de Andrea, strenuus nunc Regij filci patronus, in doctissima Responsione, tractatui de Iuribus Regine Christianiss. &c. super successione Ducatus Brabantie, edita Neap. anno 1676. in quadam Epist. in fine d. resp. fol. 10. & 11. Ad quæ confert Excellentiss. D. Franciscus Ramos del Manzano, Francorum Comes, ac præclariss. I. C. qui tam eruditè, & nervosè, quàm feliciter respondit Gallico tractatui, de, assertis, Regina Christianissima in Dominationis Hispanice Dynastias, iuribus.*

33. Hi tituli ex historia. Sed quis vsq; ad eò de Gloriosissimi nostri Regis titulo dubitare audebit: si ex diutno propè impulsu, ac inspiratione tantam Monarchiæ molem augeri, & cōseruari videmus? Et eò iustius, ac efficacius, ob Catholicam fidem contrà Turcas Christiani nominis infestissimos propagatam; Ex tot annorum præscriptione, quæ iterum ad examen reuocari non debet; Ex vniuersi populorum consensu; ex SS. Pontificum inuestituris; Et proprio deniq; Iure, ex armorum vi Regnum istud toties ab hostibus vindicatum, ac feliciter augmentum, prout de Indiarum quoq; iusta acquisitione, latissimè probat *D. lo: Solerz. de Iud. Iure lib. 2. & 3.* Nonnè eas repetere fictitias rationes, quas à Ludouico xij. Francisco Primo, Henrico II. alijsque Galliarum Regibus

toties renunciatas esse liquet, Regna
vniuersa usq; deque habere videntur
Quod si quis improba noua cupis, eius
leuitate dolemus, q̄ noua veteribus in
Republ. peiora esse ignorat. An avari-
tiam, aut in nostris amenissimis oris
regnandi libidinem ex ferocissimis
gentibus euocare; Innatam Austria-
eorum munificentiam, religionis ze-
lum, libertatem deniq; qua sub Rege
p̄to fruimur, sacrilegè ablegare? Ab-
sint invidentium technæ, & iustis fi-
delium votis annuat continuò Deus.

34 Certissimum quoq; est, Reges no-
stros Catholicos hæreditario iure Re-
gnum possidere, concessione pro se
hæredibus, ac successoribus facta, & pa-
tetur ex *Const. Regni, post Mundi Machi-
nam, & Const. cum hæreditarium Re-
gnum, Affl. decis. 17. num. 5. vbi Vr-
sill. n. 7. Frecc. de subfeud. lib. 3. diff. 16.
Camill. Salern. in Consuet. Neap. testif-
sator post num. 8. Reg. Tap. in h. fin. de
Const. Princ. p. 2. cap. 9. num. 20. d. m.
Henning. Arnians de Republ. lib. 2. c. 2.
sect. 20. num. 14. Balboa de Monarch.
Reg. d. q. 2. num. 80. Reg. de Philipp. dis-
fetti. f. 32. num. 17. Carol. de Rosa in
Consuet. Neap. tit. 2. in Consuet. si mo-
riatur num. 101. vbi refert Auth. no-
stria in Responso de success. Portugallie;
De successione verò Regnorū, viden-
di sunt Authores, qui de successione
Regni Portugallie scripserunt, relati
per Nos in annot. ad cis. Responsum no-
stri Auth. latè Io. Torre de success. in
maiorat. Ital. p. 1. cap. 35. per tot.*

35 Cæterum, etsi Regnum hoc dicatur
feudum S. R. Ecclesie, vt præter Hi-
stóricos legitur in cap. ad Apostolica de
re iudic. in 6. post alios Balboa d. q. 2.
num. 136. & 137. Thom. Bozins de si-
gnis Eccl. lib. 17. cap. 4. Marsa de iurisd.
par. 1. cap. 26. & ex inuestituris osten-
dit Frecc. de subfeud. tit. de antiquo stat.
Regni, adeoq; tyrannus dicitur is, qui
de facto occupat Regnum, sine autho-
ritate Summi Pontificis, secundum
Affl. decis. 77. num. 2.

36 Attamen S. Romana Ecclesia, om-
nia in Regem transtulit, reseruatō si-

bi tantum annuo censu ducatorum
septem mille cum equo albo phalera-
to, seu palafreno vulgò (*Chinea*) qui
exhibetur in die S. Petri, *Borrelli de
Regis Cath. prest. cap. 47. num. 32. Reg.
Tapia lib. 1. Iur. Regn. d. tit. de non. Phib.
Cod. comp. num. 11. & 12. vbi ait,
quod licet aliqui dixerint, quod dire-
ctum dominium translatum est in Re-
gem corporum particularium, non
autem vniuersaliter, & integri Regni;
Vr sill. ad Affl. decis. 122. num. 4. Reg.
Lanar. in repet. S. huius autem generis
num. 129. ex quib. caus. feud. amitt. Bor-
relli. diff. cap. 47. num. 35. & 36. Non
desunt tamen, dicentes, Regem Sici-
liæ, etiam respectu vniuersi Regni di-
rectum dominium obtinere, vt *ibid.
Reg. Tap. num. 13.**

38 Imò Rex istius Regni, est Monar-
cha; & tantum potest, quantum Im-
petator in Imperio, *Glof. in proemio
Constit. Regni, Reg. Reuert. decis. 53.
p. 1. Reg. Lanar. d. loc. num. 130. & in
cap. 1. num. 23. de bis, qui feud. dare poss.
Borrelli. d. cap. 47. num. 5. Solorzani de
Indiar. iure lib. 3. cap. 2. num. 70. vbi
num. 73. & 74. ait, ex inuestitura om-
nem Regiæ potestatis plenitudinem
cum eisdem prerogatiuis, Regalijs,
& Superioritatibus collatā esse, quæ
erat apud Ecclesiam Romanam, ex
Freccia docente, quod Ecclesia ho-
diè in Regno non aliud obtinet, præ-
ter annum censum.*

AD §. XXVII.

De Origine Tribunalis Regiæ Came-
ræ Summaria.

ANNOTATIO.

S V M M A R I V M.

A Rarij, Fisci, bonorum priuatorum,
ac publicorum, Principis, differentiæ
enucleatur, num. 1. & 2.
Comites Sacrarum largitionum, & rerum
priuararum, qui sint; & an ij compe-
rari

Annot. ad Dec. R. Moles §. 27. de Orig. Trib. &c. 11

- rari possint Maiordomo, ac Eleemo-
synario maiori, vel R. Cam. Locumte-
nenti, n. 3. & 4. & à n. 11. ad 13.*
- Questores, qui dicantur, & cuiusdam Magi-
strati in hoc Regno comparentur, à
n. 5. ad 8.*
- Procuratores Cesaris, & Rationales Rom.
an sint hodiè Locumtenens, & Præs-
dentes R. Camera, n. 9. & 10. ac n. 14.
& 15.*
- Tribunalis R. Camera origo, ex varijs Re-
gum temporibus dilucidatur, à n. 16.
ad 20.*
- Defenditur Dom. Reg. in antiqua hac
origine perscrutanda, aduersus Reg.
Galeot., n. 21.*
- Magistropum Rationalium Officiam, quod-
dam erat, & ob merita concedi soli-
tum alicui ex nobilibus familijs, à n.
22. ad 24. Et an Præsidentes R. Cam.
in eorum locum successerint, n. 25.*
- Ritus R. C. de Magistris Rationali-
bus, ac Magno Camerario trāscri-
buntur, n. 28. 29. & 30.*
- Regia Camera, quibus ordinationibus re-
gatur, n. 26.*
- Ritus R. Camera seruari debent, n. 27.*



Vplex fuisse Prin-
cipis Patrimo-
nium, publicum
scilicet, & pri-
uatū, nemo po-
litoris litteratu,
ræ peritus igno-
rat: Illud enim

*Ærarium, quod erat propriè Populi,
& Reipublicæ, hoc verò Fiscum dixe-
runt; quam differentiam notauit Pli-
nius in Panegy. ad Traian. cum ait:
At fortasse non eadem seueritate Fiscū,
qua Ærarium cobibes, imò tantò ma-
iori, quantò plus tibi licere de tuo, quam
de publico credis; alijsq; ex locis id li-
quet obseruari, apud Dorleans ad Ta-
cit. lib. 6. Ann. pag. 521. & Marcell. Do-
nat. in dilucidat. ad Corn. Tacit. lib. 1. in
Thes. critic. tom. 6. fol. 130. Alciat. de ma-
gistrat. civilibusque milit. offic. num. 16.
Rauard. 4. var. cap. 4. Coras. 6. Miscell.
49. Inl. Cas. Bulengeri de Imper. Rom.*

*lib. 3. c. 26. Gutherrius de offic. Domus
Ang. lib. 3. cap. 18. Eademque differen-
tia animaduertitur in l. pacta conuenta
72. §. fin. D. de contrah. empt. l. unica. §.
cum autem 13. & seq. C. de caduc. toll. l.
Procurator 7. C. de edendo. l. 3. §. si in lo-
cis 10. D. de lure Fisci; Fuit etiam in-
scriptio Callistrati lib. 1. de lure Fisci, &
populi not. in l. 1. D. de bon. damn. quasi
dixisset de lure Fisci, & Ærarij, vt ex-
plicat cit. Reuar. & vtriusque Ærarij
mentio fit in Nou. 7. Valentini, &
Novell. 4. Maiorani, de indulgen. reli-
quor.*

2 Hodiè tamen nulla ponenda est
distinctio inter Fiscum, & Ærarium,
cum Principes nō soleant habere di-
stincta Æraria, sed omnes redditus si-
mil colligantur, cuiusuis generis, &
ex quacunq; causa Fisco quærantur,
vt in l. 1. & l. 3. §. si in locis 10. de lure
Fisci, & ità promiscuè vtraq; Patri-
monia confunduntur à Paulo l. C. in l.
edicto 13. D. de lur. fisci, & à Iustin. in §.
vlt. Inst. de usucap. & l. benè. à Zenone 3.
C. de quadrienn. prescripti. & eleganter
obseruant D. Franc. de Amaya in com-
ment. ad lib. 10. Cod. tit. 1. de lure Fisci ex
n. 21. Besold. in discurs. polit. de Ærario
publ. cap. 1. th. 4. Maximilian. Faust. in
conf. pro Ærario class. 1. ord. 50. Angel.
Stephan. Garon. ad Constit. Mediol. lib.
4. tit. 7. de lure, et privileg. Fisci cap. 1.
num. 17.

3 Et sicut olim duo fuerunt Æraria,
Sacrum, siuè publicum, & priuatum,
ità, & duo bonorum genera, sacræ vi-
delicet, & priuæ largitionis, l. 2. C. de
canon. largit. tit. lib. 10. l. 3. C. ubi Senat.
vel clariss. eorumque Præfectos, vo-
carunt Comites sacrarum largitio-
num, ad quos pertinebant omnes pe-
cuniarum thesauri, ex quibus Prin-
ceps elargiebatur, & sub quorum
ministerio dona regalia distribuebā-
tur, & dignitatem habebant de pu-
blica largitate, vt ait Cassiodor. var.
lib. 6. formul. 7. & erāt viri clarissimi,
& illustres, vt appellātur à Symmacho
lib. 13. epist. 33. & Sauro ad Sydonium
lib. 1. ep. 7. Et rerum priuatarum Co-
mites,

- mites, qui proprium Principis Patrimonium curabant, & omnes res fiscales, quorum ministerium elegantè suo more describit idem *Cassiod.* d. lib. 6. formul. 8. & prosequuntur *Bulenger. de Imper. Rom. lib. 3. cap. 17. Guntherius de Offic. Domus Aug. lib. 3. cap. 16. & 25. Pancirol. in notitia Imper. cap. 73. & seq.* & notauit peritus *Cuiacius in Parætsl. ad tit. C. de offic. Comit. rer. priuat. quem post alios sequitur D. Franc. de Amaya in comment. ad C. tit. 33. de Canon. largit. titul. lib. 10. à num. 5.*
- 4 Cui rerum priuatarum Comiti, vulgò *Maierdomus* Principis, & Comiti sacrarum largitionum, *Eleemosynarius maior* comparari potest, secundum *Scipion. Capyc. in sua Magistrat. Regni cum Roman. Magistr. Comparat. post sua Poemata, & Nicol. Top. de Orig. Tribunal. par. 1. lib. 3. cap. 1. lib. 3. c. 1. de Mag. Neap. cum Rom. comp. num. 21.* quod, an verum sit, inferius n. 13 explicandum.
- 5 *Ærario* constituebantur etiã *Quæstores*, dicti ab eo, quod inquirendæ, conseruandæ, & expendendæ pecuniæ publicæ causa creabatur, *Arist. 1. Politic. 7. Alex. ab Alex. dier. gen. lib. 2. cap. 2. vbi etiam Tiraquell. & Gothofr. post Fenestell. Patric. de Rep. lib. 3. tit. 9. & Pompon. I.C. in l. 2. §. 32. D. de orig. iuris; Quorum origo apud Romanos antiquissima fuit, l. un. in princ. D. de Offic. Quæstor. In multiplici tamen differentia fuere, alij enim erant *Quæstores Urbani*, eosq; habuisse curam *Ærarij*, & vectigalium; in tabulas accepti, & expensæ referre: signa militaria ex *Ærario* depromere, atq; *Consules* in expeditionem ituros mittere, teste *Budeo in Pandect. ad tit. de Offic. Quæst. pag. 3. ex Aconio in Cic. in Verrem Diuin. act. 3. Franc. Hotoman. de Magistrat. Rom. tit. Quæstores Ærarij, & Præfectum Ærarij, Quæstor significat, Aut. Gell. noct. actic. lib. 13. c. 13. in fin. Alij Quæstores, qui peregrè pecuniam provinciarum, & militarem administrarent, proficiscentes cum**
- Cof. ad bellum. Alij Quæstores Parricidij, vel rerum capitalium, vt notant Faustus in Conf. pro Aerario class. 10. ord. 766. Ioseph Laurentius in sua Polymatia lib. 3. de Magist. Rom. synops. 4. §. 7. Conf. Scipio Martinus in alleg. 125. num. 66. & 67. inter alleg. diuers. Reg. de Marinis tom. 3. Franc. Sadarin. resp. 15. n. 18. & 19. & latè etiam D. Reg. Calà in suo responso per Nos in seq. §. inserendo.*
- 8 Huic Quæstori Urbano, comparari potest *Theaurarius Generalis, Topius d. cap. 1. n. 10. Reg. Tap. lib. 2. Iur. Regni Neap. in annot. ad rubr. 10. de Officio Quæstor. General. fol. 237. cuius officij cura habetur sub rubr. Pragmat. de Officio Quæstoris Aerarij Generalis, seu Theaurarij. Quæstoribus Prouinciarum, qui vulgò Perceptores Prouinciales dicuntur, qui & susceptores in iure vocantur, eorumq; Commissarij Coactores dicuntur, Nicol. Top. d. lib. 3. cap. 1. num. 10. & Nos superius ànotauimus ad §. 1. de Regijs Fiscal. citat. fin. & alijq; quos Deputatos pecuniæ Neapoli appellamus; & Quæstor Aerarius, vulgò *Perceptor Magne Curie, Topius ibid. vbi ait, cessare hodiè**
- 8 officium Quæstoris criminum; Sed Quæstorem criminum, dici *Aduocatū Fiscalem M. C. Vicariæ, notat M. Anson. Surgens de Neap. illustr. lib. 1. cap. 26. n. 26.*
- 9 Fuerunt & *Procuratores Cæsaris*, qui inter *Fiscum*, & priuatos ius dicebant, & rationes omnium reddituum, & vectigalium, quæ ad Cæsarem spectarent, procurare diligentè cum facultate definiendi, tributa, & omnes redditus colligere, aliq; ad *Fiscum* pertinentia disponere tenebantur, l. un. D. de off. Proc. Cæsar. l. Procurator 7. C. de edendo, l. 1. & 2. C. vbi causa fist. l. 1. & 3. C. de fide, & iure hasta lib. 10. l. 1. C. de iurisd. omn. Iud. Pompon. Lectus de magistr. Rom. cap. 25. Pancirol. in notitia vtriusq; Imperij t. 87. & ex alijs comprobant *Amaya in l. 2. nu. 3. & 4. C. de Iure Fisci lib. 10. Larrea alleg. fisc. 52. n. 10. ad 13. & sub Claudio magno*
- perè

- perè eius officij. creuit auctoritas, à quo iudicandi auctoritatem accepisse videtur, vt ostendit *Sueton. in Claud. cap. 12.* & etiam *Tacitus lib. 12. Annal. dum ait: Eodem anno, sepius audita vox Principis, parem vim rerum habendam à Procuratoribus suis indicatarum, ac si ipse statuisset.*
- 20 Quos Procuratores Cæsaris in hoc Regno dici Locumtenentē, & Præsidentes Tribunalis Regiæ Cam. Summarix, testantur *Afflict. in Const. Regni Præses Prouincia n. 18. Loffred. conf. 36. n. 10. Vrill. ad Affl. dec. 4. n. 3. Goffred. de Gaeta super Ritib. R. Cam. rubr. 1. de Incantu n. 117. iuxta nouiss. edition. Top. de orig. Trib. p. 1. lib. 3. cap. 1. n. 13. M. Ant. Surg. de Neap. illustr. lib. 1. cap. 26. num. 23. Reg. Galeota resp. fisc. 1. n. 42. et lib. 2. contr. 11. num. 17. Thor. in comp. decis. 10m. 1. in præf. uers. Quò verò ad tertium Tribunal fol. 7. Mastrill. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. n. 1. et 2. Vnde omnia ad Supremum hoc Tribunal spectantia habentur sub rubr. *Pragm. de officio Procur. Cæsaris, seu Cameræ Summ. & his, quæ ipsi Tribun. incumbunt,* notantq; *ibid. R. Ronis. & Nonar. ac R. Tapia lib. 2. Iur. Regni in annot. ad rubr. 6. de off. Proc. Cæs. fol. 174. vbi n. 6. et 7. inquit Frecc. sup. acis. loc. hoc Reg. Cam. Tribunal comparasse Comitum priuatarum rerum, quatenus priuatas Principis res gubernat, & Comitum sacrarum largitionum, in quantum habet potestatem, & custodiam thesauri, & quandam superioritatem, & Comiti Sacri Palatii, quatenus præest illius conseruationi; Quæstori, seu Præfecto Aerarij, quatenus in omnes Thesaurarios, & Perceptores fiscalium introituum ius dicit.**
- 21 Sed verius cum *ci. Surgen. d. cap. 26. n. 23. et 24.* dicendum videtur, quod Præsidentes, dicuntur Procuratores Cæsaris, quibus qui præest, à nobis dicitur Locumtenens Reg. Cam. antiquioribus autem Comes rerum priuatarum dicebatur, siuè melius æquiparari Magno Camerario, cuius ipse dicitur Locumtenens, notat *Surg. ibid.*
- 23 vbi etiã ait, nō ab omnibus probatū, esse scilicet Principis Maiorē domus, vulgò *Maiordomum*, vt tradidit *Scipio Capycius*, à quo mutuatus est *Nicol. Top. in loco superius recensito.*
- 24 Qui Procuratores Cæsaris, quia res fiscales, rationesq; omnium reddituum ad Cæsarem pertinentium dissipungere, & definire curabant, *Rationales* etiam sunt appellati, vt in *d. tit. de offic. Proc. Cæsar. vel Rationalis, l. ad fiscum 5. C. vbi causa fisc. l. patris 28. C. Theod. de appell.* & cum propter bona in diuersis locis sita, in varijs Prouincijs morarentur, *l. 1. C. Theod. de incorp.* Inde dicti *Rationales* Aegypti, Africae, Hispaniæ, Italiæ, ac interdū pluriū Prouinciarum, vt docent *D. Franc. de Amaya in comm. ad l. 2. n. 8. C. de Iure Fisci, et in l. 5. n. 12. C. de bon. vacant. lib. 10. Mastrill. d. cap. 9. n. 3. et 4. Larrea alleg. 52. num. 12. Solorzan. de Indiar. Iure lib. 5. cap. vn. n. 131. Masiben de regim. Regni Valent. lib. 2. §. 4. n. 39. et 40. & constat ex *Cassiodor. var. lib. 6. formul. 8. ibi: per Rationalium curam, quondam Principum priuatam fertur gubernasse substantiam.**
- 25 Et in hoc Regno olim Procuratores Cæsaris vocabantur Magistri *Rationales*, vt inferius annotabimus; Hodiè tamen diuersi sunt *Rationales* à Procuratoribus Cæsaris, quippè qui ipsi referunt quid receptum, quid uè expensum sit ex Principis patrimonio, vel quid acceptum, & expensum rationibus referunt, idest in *Rationarijs* libris (vulgò *Registris*) describunt, vt notat *Surgen. d. cap. 26. n. 23. circa fin.*
- 26 Verum ad huius Regiæ Cameræ Summarix originem indagandam varia tempora consideranda esse docet hic noster *Author*, cuius verba transcripsit *Nicol. Top. p. 1. de orig. Tribun. Neap. lib. 4. cap. 1. à num. 1. ad 11. licet num. 6. in fin. remissi uè nostrum Auth. recenset: Primum scilicet à tempore primi Regis Rogerij Normanni anno I. Christi D. N. 1125. vsq; ad tempora Imperatoris *Friderici II. anni 1220.**

Deindè

14 Nicolai Caietani Ageta I.C. Parthen.

Deindè à prædicto Imperatore vsque ad *Carolus I. Andegauensem*, ac deindè ad Regis *Alphonsi I.* tempora: Demum à prædicto *Alphonso* ab anno 1444. vsq; ad ætatem nostram.

17 Et circa prædicta, sciendum esse, inquit noster *Autor hic n. 1. et 2.* cui annuit *cit Top. ibid. n. 2.* nulla, aut pauca monumenta, neq; illorum temporum gesta reperiri, & ea quæ in Archivio Regiæ Siciliæ seruantur à *Carolo I.* tantum incipere, quod etiam aliàs tradidit idem *Topius d. p. 1. lib. 2. c. 2. n. 7.* Et ex *Constitutionibus Regni* (quæ editæ fuere à Rege *Rogero I.*, eiusque successoribus *Normannis*, denumque per Imperatorem *Fridericum II. Sacrum*, siue eius ordine, anno Dñi 1122. compilatæ per *I. C. Petrum de Vincis Capuanum*, quem idemet Imperator Magistrum, Magnæ Curie Iudicem, & fidelem appellat *in ultima Constit.*) colligi potest, primos illos huius Regni Reges habuisse Quæstores, qui ad Regias pecunias quærendas propositi erant, & Quæstores, Magistri, deindè tempore Regis *Gulielmi Magistri Camerarij* vocati fuere, vt in *Constit. Regni presentis*; Ad quos omnia iura Regia exigere, locare, & vendere pertinebat, ex *Constit. Magistri Camerarij in fine*; sed antè Secreti *Dohanæ* nominabantur; Quod sane Secreti officium cum illo *Camerarij* fuit postea unitum, noster *Autor hic à n. 5. ad 11. et Topius d. cap. 1. à n. 3. ad 5.* docetque etiam *Consil. de Rosa in lect. feud. 4. n. 51. 52. & 53.* vbi licet dicat, quod falsè opinatus est noster *Autor*, hæc officia fuisse ab initio unita; illum tamen Nos defendimus suprà in *annot. ad §. 19. de iure Baiular.*

18 Ab his verò Secretis, sed *Camerarijs* appellabatur ad Regem, eiusq; Cōcistoriū, quod *Magna Curia Regni* dicebatur, in qua erāt Iudices deputati, & cū ipsis Magnus Iustitiarius, qui in Curia Regia morabatur, & Supremam super omnes Regni officiales iurisdictionem exercebat, *Autor hic à n. 21.*

Top. d. c. 1. n. 7. & 8. Antiquitūs enim vna Magna Curia aderat, & altera Vicarij Generalis, idest Proregis, led tēpore Regine *Ioannē II.* vnitas fuisse, & nunc dici *Magnam Curiam Vicaria*, notat, post alios *Conf. Petra in comment. ad Rit. 1. eiusdem M. C. n. 234 & 24.*

19 Et hæc vsq; ad tempora Regis *Caroli I.* à cuius temporibus apparere, ait noster *Autor hic n. 31.* quod hic Magnus Iustitiarius Iudices Magnæ Curie habebat, præter quos aderant alij Officiales, qui Regij Consiliarij, & Magni Rationales Magnæ Curie dicebantur.

20 Imò tempore Sapientissimi Regis *Roberti*, Regales introitus, & iura Regia administrabantur, & locabantur per Secretos, Magistros Portulanos, & Procuratores iurū regalium, cum obligatione locandi, & vendendi omnes gabellas, & iura infra duos menses à die 1. Septembris, qui rationum quaternos distinctè, & lucidissimè conficere tenebantur, mediantibus Notarijs Cameræ Curie Regiæ ad hoc per Iustitiarios, Capitaneos, Stratigotas, & Officiales alios, quibus hæc iura erant demandata, eligendis, vt tandem, sub poena statuta, post singulos sex menses, & dies 15. rationes præsentarentur in Camera Regia, vt legitur in *cap. Regis Roberti anni 1317. incip. Nouis morbis 257.* apud *Io. Ant. de Nigris & Reg. Tappiam lib. 2. iur. Regni tit. de Offic. Proc. Caf. fol. 185.*

21 Ex cuius *Capitali* serie apparere formam tempore prætorum Regum obseruatam in administratione, & redditione computorum Regij Patrimonij, inquit Reg. *Galeosa d. resp. n. 34.* ibiq; *n. 39.* inserit eius confirmationem factam à Rege *Ferdinando I.* anno 1459. & proindè *num. 35.* aduertit, *Auth. nostrum*, laborem excusare potuisse, si *capitali* prædicti Regis *Roberti* memor fuisset, itaut non indigeat maiori antiquitatis explicacione; Verum diligentissimus *Autor*

noster nonnulla repetere censuit ex venerandæ antiquitatis penu, & in seq. §. 28. n. 10. meminit cuiusdã provisionis dicti Regis Roberti, mandantis, quod omnes Iustitij, & alij pecunias fiscales exigentes intrã certum tempus ponerent computum, tam summarie in Camera Regia, quam deinde finaliter coram Magistris Rationalibus *Magna nostra Curia*.

- 22 Quod sanè Magistrorum Rationalium Officium, erat in gubernando, & administrando Regio Patrimonio, illudq; maximum, ac ingens nuncupatur à Regibus Ludovico, & Ioanna I. in privilegio anni 1350. quod transcribunt noster *Auth. hic n. 33.* & R. Galeota d. resp. fisc. 1. n. § 1. & seriosius recensetur in *Risibus R. Cam. sub rubr. de Officio Magistrorum Rationalium, & in rubr. de Off. Magni Camer.* quorum ad id quoq; meminerunt noster *Auth. hic n. 34.* & Goffredus de Gaeta, *Magister Rationalis d. Reg. Curia, & R. Cam. Præsidentis in lect. ad Rit. R. Cam. rubr. 1. de Incantibus nn. 117. & in rubr. 5. de Lure Dobana, n. 196.* vbi ait, quod eos
- 23 in fine operis ponet; sed cum in novissima *Rituum* editione isti positi non repertantur, idèd *Ritus* prædictos de Magistrorum Rationalium, & consequentè Præsidentium officio hic imprimendos duximus.

- 24 Horum Magistrorum Rationalium autoritas, adeò crebuerat, tum ratione iurisdictionis, tum qualitatibus personarum, ut is magistratus alicui ex illustribus Civitatis familijs ob merita concederetur à Regibus, eoque genitorem, aliosq; consanguineos Marci Ansonij Surgentis gauisus fuisse ipsemet refert in *Neap. illustr. lib. 1. cap. 7. n. 3.* ac testatur noster *Author in seq. §. 29. n. 5.*

- 25 Sed postea anno 1450. superuenit provisio Ser. Regis Alphonsi I. qui cum inuenisset tempore retrò Regum, necnon & Regis Ladislai servatum, quod rationes ipsæ summarie viderentur in Camera, plenarie autem à Magistris Rationalibus Magnæ Regiæ Curia,

statuit, ut rationes ipsæ in Camera per Præsidentes, & Rationales non modò summarie viderentur, quod hodiè fit ex relatione bilanciorum, sed plenarie, ut finaliter terminarèt, ita ut semota, seu exclusa Iurisdictione Magistrorum Rationalium, Præsidentes utriusq; officij prærogativa gauderent, ut ex privilegio per *Auth. nostrum transcripto in seq. §. 28. n. 5.* ac post *Auth. nostrum, Surg.* aliosq; memorat R. Galeota lib. 2. *contr. 11. n. 2.* & d. resp. 1. n. 36. & 48. legiturq; etiam apud Topium in par. 1. de orig. Tribun. fol. 259.

- 26 Et deinde multa addita esse, per novas instructiones anni 1559. in quibus mentio habetur de alijs instructionibus, provisionibus, & privilegijs Regis Federici, aliorumq; prædecessorũ, ut advertit noster *Auth. hic n. 35.* cuius verba exarat Nicol. Top. d. lib. 4. c. 1. n. 9. ac præfata leguntur latius in *Prag. 5. & seqq. sub rubr. de Off. Proc. Cef.* Et anno 1634. per Inuictis. Philippum IV. Magnum Hisp. Monarcham, fuerunt emanata 192. Capitula pro recta administratione, & optimo regimine Tribunalis Reg. Cam. Summarie, ut in *Pragm. 75.* quæ vulgò dicitur *della riforma della Camera*, sub eod. tit.

- 27 Habet & Regia Camera suos *Ritus* compilatos per Andream de Isernia, qui in *Const. Regni, Magistros nostros fundicarios*, eos vocat Statuta Imperialia, ac refert *Pres. Petrus Mastrosius in add. ad Rit. 1. de Incant.* Illiq; pro lege exactè servari debent, ut patet ex d. cap. 257. *Regis Roberti, in princ. ex Pragm. 1. §. 15. & Pragm. 2. in princ. de officio Procur. Cefaris;* ac Reg. Cameræ stylum pro lege servandum esse ostendit, *Cef. Nicol. Pisanus in add. ad Goffred. de Gaeta in progm. d. Rituum R. C. editorum.*

- 28 *Ritus* verò recènti n. 23. de Magistris Rationalibus, ac M. Camerario in dicta editione prætermisũ, hi sunt.

De Officio Magistrorum Rationalium.

29 **O**fficium Magistrorum Rationalium est videlicet videre, et discutere rationes Officialium omnium tam illorum, qui sunt in Curia, Deputati, quam illorum, qui sunt Officiales in Regno extra Curiam, & hoc ordinatum erat, ut per rationes Officialium, qui sunt in Regno extra Curiam, viderentur clarius, & lucidius rationes, & introitus Officialium, qui sunt in Curia ordinati, quæ rationes, & introitus Officialium in Curia morantium habent originem à pecunia, siue introitum Officialium Regni tam de scriptis, quam fiscalis, Collectis, Massarijs, Portibus, Aratrijs, & alijs quibuscunque obventionibus; Hæc tamen ordinata erant quando Domini quondam non discurrebant.

Cum verò erant quondam Domini in eundo per Regnum vel in exercitu, per Magistros Rationales summarie videbantur rationes Officialium Regni, quia quando Curia erat in motu, vel discursu, non poterant discuti rationes Officialium Regni finaliter, & sic dies amittebantur, & Officiales etiam gravabantur laboribus, & expensis, & non poterant expediri, & postmodum Officiales ipsi cum rationibus remittebantur ad Rationales, qui stabant in Regno in certo loco, & Fogia, vel Melfia, ut finaliter, & integraliter discuterent rationes ipsas sic summarie receptas.

Item rationes expeditæ, & finitæ per Rationales morantes in Fogia, vel Melfia, mittebantur sub sigillo eorum ad Magistros Rationales in Curia morantes, qui faciebant exinde fieri apodixas, secundum formam, quam ipsi Rationales rescribebant eisdem.

Item Magistri Rationales respondebant sub sigillo Regio super omnibus capitulis, quæ per Officiales Regni mittebantur in Curiam.

Item petitiones oblata in Curia, quæ tangunt Fiscum, & priuatos, prouidentur per Magistros Rationales, cum ipsi melius quam alij sciant iura fiscalia, & habent quaternos à Iuribus fiscalibus.

Item Magistri Rationales habeant quaternos consimiles cum quaternis Camerae Marescallie, & Senescallie de introitu, & exitu eorum, & faciebant fieri inuentarium de singulis bonis Domini Regis, tam in pecunia, quam in rebus, & animalibus, quæ inueniebantur in Camera Marescallie, et guardaspensa in principio cuiuslibet anni, & huiusmodi quaterni, & inuentaria conseruantur in Archino Curie per Magistros Rationales.

Item Magistri Rationales debent habere registrum unum de mandatis omnibus, quæ fiunt super recipiendis, & exhibendis pecunia, et rebus fiscalibus quibuscunque.

Item unus ex Magistris Rationalibus debet interesse concordijs, quæ fiunt quolibet loco super quotidianis expensis factis in Curia tam per Sonescallum, quam Marescallum, vel per Commissarios eorum, et debent moderare expensas superfluas.

Item Magistri Rationales debent interesse creationibus officialium, siue ad Credentiam, siue ad Gabellam, quia ipsi sciunt si officiales creandi sunt posituri Curia rationem de aliquibus officijs, vel si sunt Curia obligati, et si posuissent rationes de aliquibus officijs ipsi Magistri Rationales scire debent, si fideliter rationes eorum ponunt, vel non per Inquisitiones factas contra Officiales ipsos, quas Inquisitiones dicti Magistri Rationales in Archino Curie debent habere.

Item Magistri Rationales sub sigillo Regio mandare debent de faciendis inquisitionibus contra Officiales omnes post amotionem eorum de pecunia, et rebus cuiuscunque receptis per eos infra tempus eorum officij; ut videatur, si omnia accepta per eos in introitu ponunt.

Ad Officium Magistrorum Rationalium pertinet accipere omnes rationes quorumcumque officialium tam in Curiam, quam extra Curiam.

Item facere literas de citatione ipsorum officialium, ac presentatione eorum, qui se presentauerant, et exigenda pecunia à contumacibus, vel eis termino prorogando, ubi causa rationabilis fuit.

Item facere apodixas de rationibus positis coram eis, et literas compositionis, ubi de conscientia Regis facta fuerit, et liberant solutionis eorum, qui de speciali gratia Regis fuerunt quietati.

Item facere Commissiones, & capitula omnium Officialium, qui habent ponere rationes, exceptis Iustitiarijs, Capitaneis, & Castellanis, & alijs Officialibus, qui habent Iurisdictionem sanguinis, & commissiones, & capitula inquisitionum contra Officiales ordinandorum, & literas extractionis ab illis Officialibus, qui Capitula ipsa obseruarunt.

Item habent facere cedulas collectorum, responsales omnibus Officialibus, super quibuscunque consultationibus eorum, quæ producit in positione rationum ipsorum.

Item literas quorumcumque edificiorum, seu reparationis, & Munitiois, biscotti, & emptionis quorumlibet rerum, quæ pro parte Curie emi debent, ut de his tempore rationis Officialium sint plenius informati, & literas solutionis superdarioium castrorum, & quorumlibet aliorum requirentium Gagia Curie.

Item habere facere literas decisionis, vel determinationis questionum, quæ essent contra Officiales, vel ratione Officiorum ipsorum, vel Officiales, & priuatos, ubi tangitur introitus, vel exitus ratione Officialium ipsorum.

Item recipiet successiue rationes Officialium, & sciant

- sciant Terras, & bona, quæ in manu Curia sunt, & successivè perveniunt, & valor ipsorum, pertinet ad eos facere literas, & assignationis donorum, quæ de Terris, & bonis ipsius fiunt per D. Regem, & debent registrare memoriale summarium de terris, & bonis ipsius, & pro valore, informatione, & securiori cautela omnia data facta olim per Dominum Regem.
- Item habet habere in Camera Regia unum Notarium, qui faciat quinternum consimile grasserij, & sit in arrestis pro parte ipsorum.
- Item, vel saltem unus ipsorum debet esse pro singulis quindecim diebus in computo expensarum hospicij in arrestis cuiuslibet diei, tunc quando esse potuerunt.
- Item debet habere in Cancellaria registrum unum de omnibus Regijs literis, quæ fiunt, consimile registro Cancellaria.
- Item una cum Senescallo, debent providere de pecunia pro expensis hospicij, & alijs negotijs Regijs, opportunas literas autem Regias de provisionibus ipsis habent ipsi facere; Cancellarij vero omnes prædictas literas, quas dicti Magistri faciunt, & mittent, sub sigillis eorum sigillabunt.
- Item omnes officiales, tenentur mittere Magistris Rationalibus, singulis tribus mensibus quinternum unum de introitu, & exitu eorum, & singulis sex mensibus debent comparere coram eis, & ponere rationem finalem.
- Gagia Magistrorum Rationalium, debent esse unci centum, & octo computatis robis, & liberatu panis, vini, & candelarum, sicut habent hodie.
- Item quilibet ipsorum Magistrorum Rationalium, Curiam sequentium habeat secum continuè, ad Gagiam Curia, unum Scriptorum pro negotijs Curia faciendis tam de die, quam de nocte.
- Et Dominus Rex reservat sibi quod possit, si voluerit, prædicta, vel aliqua ex eis corrigere, declarare, immutare, & demere, seu alia de novo addere, proinde de sua processerit voluntate.

Officium Camerarij.

- Comes Camerarius debet scire iocalia, lapides pretiosos, & omnes res generaliter Camera Regia, tam illas, quæ quotidie deferuntur cum Rege, quam alia, quæ in quocunque loco relinquuntur, aut deponuntur in Custodia, & quolibet anno habebit exinde Inventarium.
- Item debet ordinare, & providere de rebus necessarijs pro apparatu, & ornatu Domus Regie.
- Item habebit plenam conscientiam, & notitiam omnium expensarum, quæ quolibet die fiunt in hospicio Regis.
- Item habebit similiter notitiam, & conscientiam conditionis, & status Inuium Fisci, reddituum, & proventuum Regiorum, siue in gabellam vendantur, siue in credentiam procurentur, & debet

- assidere Secretis, Magistris procuratoribus, & Magistris salis, caterisque Officialibus procurantibus demania, et bona Curia in Custodia, et procuratore ipsorum, et eos defendere à quibuscunque Baronibus, Vicinis, vel alijs eos impetentibus, item iura demanij inuadentibus, de quo successivè per officiales ipsos studeat informari.
- Item habebit notitiam, et conscientiam officialium tam hospicij Regij, quam Regni, qui sunt per Regem, aut suos Vicarios constituti, quando scilicet idem Comes præsens fuerit in Curia Regis, aut Vicariorum, & illorum quidem officialium, quos fecit ad beneplacitum, & tenentur de procuratore Terrarum, ac bonorum Curia reddere rationem.
- Item habebit Registrum penes Cancellarium de omnibus literis, & privilegijs sigillatis sigillo Regis, aut sigillo Vicarij, & quaternum introitus, & exitus utriusque sigilli.
- Item habebit totum introitum, & exitum totius pecunie iocalium, & rerum quarumlibet aliarum peruentarum undecumque ad manus Thesauriorum, vel grasseriorum hospicij Regij, & liberatarum per eos pro quibuscunque causis, tam expensis hospicij, quam paga familiarium, vel stipendiariorum, & alijs quæ in pecunia sunt, sed per literas tam in Curia, quam extra Curiam.
- Item habebit totum introitum, & exitum omnium proventuum officij Magistri Iustitiarj undecumque proveniant, tam in pecunia, quam in Terra, sed rebus alijs, & si voluerit ad hoc unum Notarium retinere continuè ad suas expensas, possit, alioquin sit contentus singulis tribus mensibus habere inde quaternum à Notario actorum eiusdem Magistri Iustitiarj.
- Item anno quolibet debet habere de mense Septembris Inventaria quorumcumque animalium, & rerum quarumlibet, massatarum, Marefcallarum, Araciatarum Regiarum, cum opportunis distributionibus eorundem.
- Item singulis sex mensibus habebit à Iustitiarj, secretis, & Officialibus alijs Terras, & bona Curia procurantibus, quinternos introitus, & exitus cuiuscumque pecunie, & rerum omnium officiorum ipsorum, quos quinternos ijdem Officiales sibi mittere teneantur.
- Item habebit quinternos residuorum, quæstionum, defectuum, & dubiorum inveniendorum in rationibus Officialium, & rubricarum Inquisitionum, quæ sunt contra eos, condemnationum, & compositionum, & quietantiarum eorum, si hoc permittit Dominus Rex, quod fiat, si voluerit idem Comes Notarios opportunos de suo proprio retinere.
- Item de Drappis aureis, sericis, aut laneis ponendis ad ornatum Sedis Regis, & Curia in festis solemnibus, quæ idem Comes dicebat sui directus esse,

se, Dominus Rex concessit, & cum eo cōposuit, quod pro ijs omnibus sit contentus centum unciarum auri in quolibet festo solemnī, quo scilicet idem Rex portabit Coronam, vel ducit uxorem, quia tunc coronaretur.

Itēn habebit à quibuscunquē personis facientibus homagium Regi, pro quolibet feudo militari, unciam auri unam, de qua medietas debet esse Gabellariorum Regis.

Itēn Magistri Rationales conuenient in hospicio dicti Comitis pro expediendo coram eo, qua expedire habent ibidem, v3. Ordinationem generalem hospitij Regij, quietantiam, seu compositionem officialium, aut creationem secretorum, vel aliorum officialium, qui habent procurare Terras, & bona Curia, quos quidem Secretos, & Officiales tales, possit idem Comes amouere, & statuere cum Consilio Magistrorum Rationalium eorundem.

Itēn ordinauit idem D. Rex in personam Domini Comitis Magni Camerarij, & Comitis Squillacij, quod habeat prouisionem omnium Castrorū Regionum, & faciat ea reparari, & muniri modo debito, cum fuerit opportunum per Vniuersitates, et loca, seu personas, quem idem facere consueuerunt, et tenentur, et vbi aliqua loca, seu Vniuersitates, et persona non consueuerunt, non teneantur ad id facere, de pecunia Curia requirenda propterea à Secretis in sufficienti quantitate, et possit amouere Castellanos, et seruientes eorum, et statuere alios idoneos, et fideles, habeatque cognitionem, et castigationem, si deliquerunt saluo in Castris ipsius Magistri balistarij, qui quidem obediant sibi in ijs, que negotium Castrorum tangunt, et consultant eum de omnibus, de quibus debent consultare Regem, exceptis veruntamen domibus, et palatijs Regijs, qua sunt in forestis, et defensis Regijs, quorum palatiorum, domorum, forestarum, et defensarum Custodiā praeest Senescallus Regni Sicilia.

Super omnibus praedictis, seruat sibi Dominus Rex, quod possit ea tollere, mutare, et corrigere, addere, et minuere, prout, et quando sua placuerit voluntati.

30 **A**nnotandū tamē est, quod vltra Capitula praefata, de Officio M. Camerarij in antiquis R. Cam. R. Ribus, adsūt alia, quae ex formula dicti officij, summam recenset Frecc. lib. 1. de feud. tit. de offic. Magni Cam. n. 1. eaquē Nos obseruauimus in concessione Officij Magni Camerariatus, vacati per obitum Rentij, seu Laurentij de Columna, Albi Comitis, per Ser. Regem Alphonsum facta Ioanni de Montecatheno, Comiti Adernionis, cuius in M. Ca-

merariorum Cathalogo non meminit Topius in d. lib. 4. cap. 6. par. 1.

Capitula Officij M. C.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Vtriusque Siciliae &c. Magnifico viro Ioanni de Montecatheno Magno Camerario Regni nostri Siciliae, Collat. Consiliario fideli nostro dilecto; gratiam nostram &c. Suggestente culmini nostro tua probata fidei puritate, qua euidenter nos longeva experientia docuit, & vigilantis tuae diligentiae studio, quam nobis diuturna conuersatio clariùs patefecit, nouitèr personam tuam, ne praemia sequestrarentur à meritis, non indignè Magni Camerariatus titulo nostra excellentia insigniuit; Verùm ut eò potius, & securius praedictum exercere possis officium, quo tibi, quod spectet ad ipsum, sit apertius manifestum, praesenti duximus annectenda pagina, qua pro tantè officij ratione decreuimus pertinere.

Et quidem ad ipsum tuum officium spectare noveritis, habere curam, & custodiam persona Regia intus in Camera, procurare lectum, & vestimenta omnia ipsius, & filiorum suorum, procurare similiter, quod vigiles, qui faciunt excubias in nocte pro custodienda persona regia, intus in Camera benè vigilent, & benè custodiant.

Item ordinare debes, uxerios in Camera Regia, & mandare fieri, & distribui vestimenta familiarij Regie.

Item ad officium tuum spectat, recipere omnem pecuniā cuiuscunque generis sit, qua ad Camera Regiam mittitur, & per te debent thesaurarij ordinari.

Itēn ceteri Magistri Ostiarij, & Uxerij regales sub tua debent iurisdictione manere.

Item ad officium tuum spectat corrigere, amouere, & alios substituere tam Grasseros, quam Magistros Arrestorum, & alios Officiales Hospitij Regis, recipientes pecuniam pro expensis praedicti Hospitij à Grasserijs supra dictis.

Item panni, siue ad aurum, siue de serico, siue de lana, siue de lino, siue trapeta, arma etiam cuiuscunque generis, syropi, aqua rosata, garofali, zuccarum, cannella, & cetera species cuiuscunque generis sint, seta, localia, cuiuscunque generis, & speciei sint, vasa argentea, & aurea, omnia vasa metallorum cuiuscunque generis, & speciei sint, fructus etiam comestibiles pro ore Regali, per te debeant custodiri, & conseruari, omnia spetia Regalia, siue sint Curia, siue sint aliena, sunt sub tua protectione, omnes sclauus, & sclauae, sint sub tua cura; Et idem est de similibus bonis Regis, & filiorum suorum, qua spectant ad curam tuam.

Item &c. sequuntur omnia praedicta Capitula in d. Ribus contenta.

AD

AD §. XXVIII.

De Nomine Camere Summarie, &
de eius diuisione à Magistris
Rationalibus.

ANNOTATIO.

SUMMARIVM.

Fiscus, unde denominetur, n. 1. & 2.
Agraria, ubi à Romanis constructa, num. 3.
Camera nomen, unde derivatum, quidque significet, à n. 4. ad 6. & an rectè ad Tribunal extendatur, n. 7.
Summaria nomen, cur Camera adiunctum fuerit, dilucidatur, à n. 8. ad 11.
Tribunal Regie Camere Summarie, vocatur *Sacrum*, eminentissimum, *Magnum*, ac *Supremum*, n. 12. & 13.
 Et an antiquitas separatam fuerit à Magistris Rationalibus, & ubi regeretur, num. 14. & 15.
 In quot Aulis sit diuisum, & à quibus administratur, n. 16. 17. & 23.
Præsidentes militares, vulgò idiotæ, non rogati, an in articulis iuris suffragium ferre possint, num. 18.
 Eorumque inutilis institutio ostenditur, & quid si eligerentur ex Rationalibus, à n. 19. ad 22.
Rationales in relationibus computorum, cur votent simul cum Præsidentibus, num. 21.
Fisci patroni duo deberent esse in R. Cam. ob laborum, ac administrationis amplitudinem, num. 24.
Fisci advocatus, an iurisdictionem habeat, possitque carcerare *Actuarios*, & *Scribas*, & debeat in sententijs ferendis audiri, num. 25. & 26.
Regie Camere Summarie Tribunal, quam alia Tribunalia inferiora sub se habeat, num. 27.
Causa in R. Camera agitanda, qua sint, num. 28. & 29.
Remisiones causarum ad R. Camera, cur crebra sint, & ubi indicandæ, an

fiscus habeat interesse, n. 30. & 31.
Fiscus, an cognoscere possit de causis inter privatos, si habet interesse, vel uni ex litigantibus succedit, vel est illius creditor, n. 32. & 33. & quid in debitore sui debitoris, n. 34.
Iurisdictione Regie Camere, an sit privatiuè, vel cumulatiuè pro cognitione causarum, & officialium, n. 35. & an electio fori ibi militet, n. 36.
Officiales Reg. Camere, an possint foro renunciare, n. 37.
 Et quid si adsit Regia Delegatio alicui facta, num. 38.
Collaterale Consilium, quando in causis fisci votare possit, num. 39.
Sententia R. Camere reclamatio, ad instar *Præsecti Prætorio*, ab eadem cognoscitur, num. 40.
Paritate votorum sequuta, an in R. Cam. sententia publicetur pro reo, vel dentur adiuncti, à n. 41. ad 43.
 Et quid si Fiscus est reus, n. 44. Vel lis inter privatos agitur, n. 45. & 46.
 Si actor est persona privilegiata, vel causam habeat fauorabilem, an pro ipso publicari debeat, n. 47. Et quid in fisco, num. 48.
Regia Camera Tribunal, an cum *Magna Curia Vic.*, vel *Curia Magni Admirati* procedat, per viam literarum hortatoriarum, num. 49.
 Et quid respectu *S. R. Consilij*, dilucidatur, n. 50. & 51.
Litera hortatoriales R. Camere directæ, *Sacro R. Conf.* quibus verbis concipiantur, & quid ea significent, n. 52. & 53.
Scribendi antiqua formula per R. Camera, *Sacro Consilio*, vel *Consiliarijs*, *Straticoto Messana*, *Senatori Romano*, *Rationali*, *Principi Salerni*, alijsque referuntur, à n. 54. ad 64.
Sacrum R. Consilium, an precedat *Regiam Camera*, num. 65.
Præcedentia Fisci patroni, *Rationalium*, *Secretarij*, ac *Procuratoris fscalis*, quomodo seruetur, num. 66.
Thesaurarius Regni Generalis, an precedat *Regie Camere Præsidentem*, *Decanum*, & *Transcribuntur pro utraq;*

parte Allegationes Dom. Regentis
D. Caroli Calà, & Dom. Conf.
Francisci Mariæ Prati, n. 67.



Fiscus à ferendo, sicut
fiscina, & fiscella,
sumptu originem,
teste Varrone lib. 4.
de lingua lat. genus
quoddam cistæ, seu
Cophini viminei,
aut iuncea, quo deferebantur, aut re-
cipiebantur pecuniæ, inde fiscus pro
Principis patrimonio accipitur, per
metonymiam, collata appellatione
continentis in contentum; & confi-
scare, est ad Principis fiscum, seu Ca-
meram bona deferre, vt notant Bu-
lenger. de Imper. Rom. lib. 3. cap. 26. D.
Franc. de Amaya in comment. ad tit. C.
de iure Fisci lib. 10. ex n. 3. Angel. Ste-
ph. Garon. in comm. ad Const. Mediol.
lib. 4. tit. 7. de iure, & prin. Fisci cap. 1.
à n. 6. ad 12. Vossius in Etymolog. ling.
lat. verb. Fiscellus.

3 Progrediente verò tempore, cum
pecunia publica cepisset augeri, quia
homines rebus proprijs non contem-
ti, alienis sepè inhiarent, ideòq; in fi-
scum ex delicto deuenirent, & quod
non caperet Christus, raperet Fiscus,
cap. maiores 8. 16. q. 7. perbellè id ex-
plicante Andrea Alciati, Iurispruden-
tiæ, ac Poëtos laurea ornatissimi
Viri, Emblemate CXLVIII.

*Exprimit humentes, quas iam made-
fecerat ante,*

*Spongiolas cupidi Principis arcta ma-
nus.*

*Prouehit ad summum fures, quos de-
inde coercet,*

*Vertat, vt in Fiscum, qua mala par-
ta, sum.*

Ibiq; Claudius Minois in comment. ait,
sumptum esse hoc Emblemata ex d. c.
maiores, & ex Suetonio Tranquillo in
Vespasiano in illis verbis: Creditur
etiã procuratorum rapacissimū quòq;
ad ampliora Officia ex industria solius
promouere, quo locupletiores mox con-
demnaret, quibus quidem vulgè pro

*spongijs dicebatur vti, quòd quasi &
siccos madefacere & exprimit humentes.* Hinc illi versus I. O.

*Vt visco capiuntur aues, fiscus quasi
viscus*

Dicitur, à fisco sic capiuntur opes.

3 Non sufficientibus propterea Fiscis,
Æraria fuere constructa, loca scilicet
ad seruandam pecuniam publicam
capacia, gl. ad l. in prouincijs 4. vers. Fi-
scalis C. de numerar. lib. 12. Et Roma-
ni in æde Saturni Aerarium esse vo-
luerunt, vbi ciuium tributa, ac præda
Imperat. conseruata, Macrob. Satur-
nal. lib. 1. c. 8. Et Xiphilinus, Fiscum,

4 appellat thesauros Regij Cubiculi, de
Nerone loquens: Ille quidem thesauros
Regij Cubiculi exhaustit, & vectigalia
non soluta exegit Et inde quoq; ortam
esse Cameræ denominationem scribit
Garon. cit. c. 1. n. 15. & de hoc nomine
Cameræ mentio fit in Constit. quisquis
de Bургensibus. Et Glos. in Const. Regni
in præm. col. fin. dicit, quod Camera,
Fiscus, & Aerarium sunt quasi syno-
nima, Reg. Galeota resp. fisc. 1. num. 11.
& noster Author in præcedenti §. num.
37. à quo exarauit Topius pars 1. de
Orig. Tribunal. Neap. lib. 4. c. 1. n. 10.
& in Redemõte dicitur Camera Du-
calis, Thesaur. decis. 213. n. 1. & 4. Ro-
mæ verò dicitur Tribunal Camere
Apostolicæ, Oñauus Vestius in lib. 2.
iudicior. Rom. Aula cap. 1. quem refert
Tafson de antef. vers. 3. obseru. 3. num.
156. & in Hispania Amaya in cit. loco
nu. 21. Boler. de decoct. deb. fisc. tit. 2. q. 2.
num. 21. & seq. & de Camera Impe-
riali Gayll. lib. 1. obs. 20.

5 Diciturque etiam Camera, locus,
vbi scripturæ fiscales, & patrimonia-
les Imperij conseruantur, vt tradit
Guid. Pap. quest. 453. vbi de Camera
Apostolica memor est, quam dicit in
Francia, & Delphinatu vocari Came-
ram Computorum, ibiq; Mathin add.
subdit, quod rerum fiscalium, & pri-
uatarum Principis iura, Cameram
ratiociniorum sibi vendicare, in sin-
gulis Regni Galliæ Prouincijs, & præ-
cipuè Parisiensi; quem receuset Reg.
Ga.

Annot. ad Dec. R. Moles §. 28. de Nom. Cam. &c. 21

Galeota dict. responsi. num. 15. necnon de Leonardis in praxi official. pag. 8.

6 Et in Iure feudorum de feudo Camera, vel de Cauena fit mentio, vt Camera conditorium thesaurorum, Cauena autem aridorum, & liquidorum, frumēti scilicet, olei, & similibus, post alios cit. *Galeos. ibid. à n. 5. & ex R. de Cuxte in par. 1. diuers. feud. cap. 9. ex num. 37. vbi exemplificat in feudis, & introitibus, qui conceduntur super gabellis, & functionibus fiscalibus, quæ sunt de Camera, idest Patrimonio Principis, & post Nos de feud. rubr. 10. visio. 28. fol. 131. & 132. memorat Carol. Rota in annot. ad R. Rou. lib. 1. conf. ult. n. 1. & inde ortum esse, vt Camerarius, vulgò Camerlingus, dicatur, qui tenet pecuniam Regis in Camera, Et in Regno tam in terris Domanijs, quam in Baronalibus esse, qui exigunt introitus Domini in pecunia, siuè in fructibus, scribit idem Reg. Galeos. d. resp. 1. num. 7. & 8. Et de auctoritate Camerarij Theatini opusculum edidit Hieronymus Nicolinus.*

7 Et licet Camera significet locum, vbi Regis thesauri conseruantur, rectè tamen nomen hoc ad Tribunal reperitur extensum, cum procuraretur vectigalium omnium, & reddituum Regis, & Regni conseruatio, & augmentum, vt rectè aduertunt Mutius Surg. in annot. ad Frat. de Neap. Illust. fol. 376. Conf. de Georgio repet. feud. p. 1. a. 4. n. 2. & vt mediatis Thesaurarijs, Perceptoribus, alijsque Administris subordinatis exigantur, & deferantur in Arcas designatas, præuijs litteris significatorialibus pro exigendo, & certiorando Thesaurario Generali, vt recipiat diligentem ab ipsis rationem, præsentatione rationum, statutis temporibus, & Cedulis vtriusque Arcæ tam thesaurariæ, quam militaris; vt notat R. Galeota d. resp. fisc. 1. num. 13.

8 Sed vnde vltra nomen Camera fuerit adiunctum nomen Summaria, quot capita, tot sententiæ; Etenim Lucas postea de Penna in l. si quando 3. C. de

bon. vacans. lib. 10. col. 2. in ver. Rationales dixit, quod Præsidentes Summarie dicuntur, quasi Summa Rationis, vel Summaria quasi Summa rea, vel quia ipsi ream exhibent rationem, eumque sequitur Frecc. de subfeud. lib. 1. sub tit. de Offic. Magn. Camerar. n. 4. Vel quia est Summa Hera, idest Domina rerum fiscalium, aut quia agit Summa gra, idest Summas pecuniarum, secundum M. Ant. Surgent. in lib. 1. de Neap. illustr. lib. 1. cap. 26. n. 24. circa fin. quem sequitur Tafson. dict. vers. 3. obser. 3. num. 137.

9 Verùm de Freccia valdè miratur noster Auth. hic n. 3. & n. 4. dum ait, quod ipse hæc indagando cogitauit, fortè hoc nomen Summaria sumptum fuisse ex l. fin. C. si propt. publ. pensit. l. 8. C. vbi causa fiscal. iuncta inscriptione l. Dominicis 7. eod., quæ ad Bulephorum Rationalem Summa rei dirigitur, D. Didac. de Boler. de decoct. deb. fisc. tit. 2. q. 2. n. 11. & ita Cameram Summa rei passim appellat Horat. Montan. in tract. de Regal. & contron.

10 Sed omnes esse allucinationes, prosequitur idem noster Author hic num. 7. quem referunt, & sequuntur Reg. Galeota d. resp. fisc. 1. nu. 28. Nicol. Top. d. lib. 4. cap. 3. n. 1. & 2. Conf. Petra super Rit. M. C. 1. n. 19. Et licet R. Galeota ibid. n. 29. & 30. dicat, quod defendi possit Lucas de Penna, cum aliusio vocabuli quouis modo rei attingens admitti possit, ex Euerard. in Topic. legal. in loco ab Ethimologia, at tamen idem n. 33. concludit cum Authore nostro, ex textu Priuilegij Sereniss. Alphonfi I. vbi in ampliacione huius Magni Tribunalis, clarè id explicatur, cum statutum asserat, quod rationes ipsæ in Camera per Præsidentes, & Rationales ibidem ordinatos Summarie viderentur, quæ deinde finalitèr per Magistros Rationales terminarentur; Verum Ladislai Regis tempore introduci cepisse, vt rationes ipsæ in Camera per Præsidentes, & Rationales eiusdem, nõ modò Summarie viderentur, sed discuterentur,

&c

- & inde assumerentur dubia, & finaliter terminarentur cum quietantijs seu declaratorijs; Vnde Officiales Camerae vtriusque Officij prerogatiua gaudere statuit, vt in *d. Privilegio Regis Alphonsi I.* transcriptum per *Authorem nostrum hic num. 6. & Top. par. 1. fol. 259.* & hanc denominationem *Summaria* alibi etiam sequitur *cit. Surgens d. lib. 1. cap. 7. num. 2.*
- 11 Et ex alijs etiam scripturis colligi potest, vbi dicitur, quod ponant computum de exactis, tam Summarie in Camera, quam deinde finaliter coram Magistris Rationalibus Magnae Curiae, & alibi vocatur *Summaria Audientia Rationum*, & *Regale Auditorium Rationum*, vt tradit noster *Author hic à n. 8. ad 13.* quem de verbo ad verbum sequitur *Topius d. cap. 3. à n. 4. ad 7.* & obseruat *Præs. Petrus Masturtius in notis ad Rit. R. C. rub. 36. in editis*, ibi: *Et nota hic, quod Tribunal Summaria dicebatur Auditorium Rationum, postea fuit vocatum Summaria audientia rationum, & postmodum semper fuit dictum Camera Summaria.*
- 12 Potest itidem R. Camerae Tribunal vocari *Sacrum*, vt ex notabili dicto *Io. Vinc. de Anna in cap. 1. de Vassall. decrepis. etat. n. 217.* firmant *Conf. Prat. pract. obs. 50. n. 22. Conf. Petr. super rit. M. C. 51. n. 9. & 250. n. 8. Conf. Altimar. de nullis. rub. 5. q. 39. n. 28.* nec immerito, dum Praesidentes Sacri Atrarij appellantur *in l. 4. C. de Aduoc. Fiscis, Frecc. d. loc. num. 4. Author in seq. §. 29. num. 2.* & inde *Sacratissimum Atrarium in l. 2. C. de quadr. praescript. §. fin. Inst. de usucap. & Sacrum, apud Symmach. lib. 1. ep. 54. & lib. 4. ep. 37. & lib. 10. ep. 26.* vel quia pecuniae dicebantur sacrae, & publicae, vt *in tit. D. & C. ad l. Iul. peculat. vel quia in templis custodiebantur, vt notat Lipsius ad Tacit. lib. 1. Annal. Sed non est de hoc dubitandum, ob quatuor monumenta relata per *Top. de Orig. Trib. p. 3. f. 241. & 242. à n. 1. ad 4.* vbi vocatur *Sacra Reg. Summaria, Camera Sacra Maiestatis Regia, Sacrum Auditorium &c.**
- 13 Et Tribunal Eminentissimum, ad curam rerum Patrimonialium, popularum custodiam, & protectionem deputatum, vocat *R. de Ponte de possess. Proreg. tit. de Regal. impos. §. 8. nu. 57.* Et Magnum, ac Supremum Tribunal ab Inuictis. Imp. Carolo V. *in prag. 5. & 13. de Offic. Proc. Cef. ibique praesidere viros scientia, integritate, & maxima rerum experientia praeditos, ait Ser. Rex Ferdinandus in prag. 37. eod. & testantur etiam R. de Marin. ad Reuert. dec. 7. n. 2. R. Galeor. resp. fisc. l. n. 1. & 62. Conf. Prat. d. obs. 50. n. 2. Ep. de Afflicto contra. cap. 6. num. 11. Praes. de Ganauerro dec. 30. n. 1. & 5. & Magnam Camerae Summariae vocat *Afflicto decif. 265. num. 110.**
- 14 Ex quibus etiam constat, hoc Tribunal Camerae ab eiusdem initio diuisum, & separatum fuisse à Magistris Rationalibus, nec ab ipsis dependens, vt in §. antecedenti; Et Magistrorum Rationalium Tribunal, olim regebatur in Castro Oui, quod antequiritus, Castrum Sancti Saluatoris ad Mare dicebatur, vt tradit noster *Author hic n. 7. & 14.* quem sequuntur *Top. d. lib. 4. cap. 3. n. 3. 4. & 8. et Conf. de Rosa lect. fend. 4. n. 49. et 50.*
- 15 Iuxta nonnullorum placitum, ab Imp. Federico II. fundatum, & ab Alphonsi I. auctum, & reformatum fuit anno 1444. in Magno Castro Capuano collocatum, & deinde in alijs locis, ac iterum anno 1540. in Castro praedicto sub Inuictis. Imp. Carolo V. & ex hoc loco in Principis Salerni Ferdinandi Sanseuerini Palatium, anno 1554. translatum (vbi nunc augustissimum Templum Domus Professae PP. Societatis Iesu conspicitur) Deniq; ob ipsius Principis perduellionem, ad idem Castrum anno 1580. teste *Topio d. lib. 4. c. 3. n. 11. 13. & 14.* cuius meminit *Conf. Petra super Rit. M. C. 1. num. 19.*
- 16 Fuit tandem hoc R. C. Tribunal in duabus Aulis diuisum, vt maiori facilitate Praesidentes in ipsis distincti, negotiorum expeditioni operam

navarent, iuxta ordinem immortalis memorie Philippi II. Regis in *prag. 68. de Offic. Proc. Caf.* Vniri tamen, vel diuidi arbitrio Locumtenentis possunt, *d. prag. 68. §. 12. & prag. 69. eod. tit.*; Et in reformatione Tribunalis Regie Camere facta anno 1634. in *prag. 75. §. 91. d. tit.* mandatur, quod secunda Aula adsit quotidie cum Præsidentibus laicis, interueniente Procuratore Fisci, cum vno ex Togatis Præs. ac tertia Aula formari potest à Prorege, consulto Locumtenente, negotiorum multiplicitate expostulante, vt *ibid. in §. 51. vbi in marg. notatur*, quod hodie est erecta ad arbitrium Locumtenentis.

17 Adfunt in hoc Tribunali Locumtenens Magni Camerarij, qui est caput, itemque octo Præsidentes Doctores togati, qui pro duabus partibus sunt Regnicolæ, cæteri ad Regis beneplacitum, ex *pragm. 1. de officior. prouif.*

18 Sūt alij Præsidentes militares (quos laicos, vulgò *idiosas*, seu breuioris togæ, vulgaritèr, *di cappa corta* appellamus) eisdem præminentias habent, quas togati, excepta togæ dignitate, & vbi agitur de articulo iuris, suffragium præstare nequeunt; sed tantum in negotijs rationum, & administrationis Regij Patrimonij, & huiusmodi declaratio Locumtenenti committitur, ex Regijs literis anni 1658. in *prag. 77. de Offic. Proc. Caf.* vbi derogatur alteri *prag. 58. eod. tit.* in quod fuerat suspensam ad instanciam Præsidentium militarium anno 1562. & quidem cum maximo litigantium periculo, vt in illis rebus iudicet, in quibus expertus quis non est, vt monet *Conf. Staib. resol. 194. à n. 105. ad ad 110.*

19 At magis Suxæ Maiestatis interesset, ac bono Iustitiæ regimini, negotiorumq; faciliori expeditioni conueniret, vt in locum dictorum Præsidentium *idiosarum*, deputarentur Præsidentes Doctores, vt aliàs circa annum 1561. consuluit *Dom. Reg. Salernita-*

pus; & sic alia fieret Aula pro maiori Regij Patrimonij tuitione, ac pauperum Vniuersitatum causis; interest enim fiscis, ijs patentèr assistere, dum pro earum bonis, & possessionibus fiscalia munera quotidie subeunt, & publicis necessitatibus, sicut quotidiana experientia comprobatur, promptitudine deuotæ exhibitionis assistunt, vt prudenter inquit Ser. Rex Robertus in *cap. Regni omnis pradatio 267. secundum ordinem De Nigris.*

20 Ad quid verò aliud Præsidentes *idiosas* deseruiunt, quàm ibi tantum adesse? cum in Supremo Regie Camere Tribunali grauissima plerumque tractentur negotia, tum propter articulorum qualitatem, tum etiam ob rerum æstimationem, in quibus nequeunt suffragium dare, ex quo de iuris articulis agitur: vnde summa scientia, integritate, & rerum maxima experientia præditi esse debent illius Senatus Præsidentes, vt merito sic eos appellat Ser. Rex Ferdinandus in *pragm. 37. de Offic. Proc. Caf.* Quoad rationum liquidationem, ipsi non vident, neque summant, aut referunt computa, cum hoc totum fiat per Rationales, qui in relationibus computorum, & in dubia rationum discussione simul cum Præsidentibus votant, ex *pragm. 7. §. 4. de Offic. Proc. Caf.* ac notat *R. Galeota resp. fisci. 2. m. 2. non tamen simpliciter tanquam Iudices, sed vt experti, & periti in ratione computorum, remittendo iuris articulos Præsidentibus Iuris peritis, vt docet eisd. R. Galeot. lib. 2. controu. 12. n. 1. & 10.* Imò cognoscere qualitatem, ac sufficientiam cautelarum, ac dubia resolvere, perfectius per Doctores, quàm per imperitos adimpletur.

22 Et licet antiqua sit huiusmodi militarium Præsidentium institutio; ea tamen erat, vt ex Rationalibus duo Præsidentes eligerentur; quorum aliquot enumerat *Top. d. lib. 4. c. 2. n. 11.* Quod si seruaretur, duo quoque emanarent in euidentem Regij Aerarij utilitatem, primum, quia essent viti
de

de Regijs iuribus benè instructi, & ex inuet erata praxi valdè periti; alterum, quia omnes Rationales, ex hac præmij spe, suum munus diligentèr, & accuratè exercerent. Idque pro recta rati Tribunalis institutione scriptum sit, cum alioquin hodierni Præsidentes non rogati, dignissimi sint, & maiores mercedes promereantur.

23 Similitèr adsunt Aduocatus Fisci rogatus, & Procurator fisci, Notator, seù Secretarius, & Rationales, alijque Magistraكتورum, Actuarij, ac Scribæ, vt etiam testantur *Tafson. de antefat. vers. 3. obs. 3. Tribun. 1. à num. 140. R. Tapia lib. 2. inr. Regni rub. 6. fol. 175. n. 12. & 13. Top. & R. Galeot. vbi sup.* De quorum Rationalium, Secretarij, ac Procuratoris Fiscalis officio, nonnulla tangit, *R. Galeota lib. 2. con-*

24 *trou. 11. & 12. Sed cit. Tafson. n. 141. aduertit, vtilius esse Regi duos habere fisci patronos, pro maiori tuitione eius Patrimonij ob magnam negotiorum molem, quæ diuidi possent inter eos, prout inter Præsidentes negotia Prouinciarum diuiduntur; & ita nulla confusio oriretur; Laboriosissimum namq; Regij Patrimonij Patroni munus, verbis, vix exprimi potest, illiusq; administrationis amplitudinem, ac laborum compendium narrant *R. Cappyc. Galeota in d. resp. fisc. 1. n. 59. & Reg. 10. Camill. Cacacius in alleg. 85. à n. 22. ad 32. apud Reg. de Marin. lib. 3. diuers. Et nupèr per S. Cath. Maiest. creatus est alter Fisci patronus militaris in eadem Regia Camera integerrimus Dom. Carolus Mirella Marthio Carisi.**

25 Et licet Fisci aduocatus, non habeat iurisdictionem, sed tantum iura proponat, dicitur tamen spectabilis, alijque prærogatiuis fruitur, vt in *respons. Dom. Pres. D. Didaci Moles per Nos typis edito in par. 1. S. 3. q. 7. à n. 96. & cit. R. Cacac. in d. alleg. 85. habetq;*

26 potestatem carcerandi Actuarios, & Scribas Reg. Cam. quando ei iustum videbitur, vt in *Arrest. 370. apud Reg. Reg. de Marinis. Et sententia lata, ipso abiente, velut nulla rescinditur, Vr-*

fill. ad Afflic. decis. 4. n. 2. & 3. R. Galeota d. controu. 11. num. 29. & declarat P. Afflic. in add. ad suas controu. fol. 490. à num. 60.

27 Hęc Regia Camera Summarie, sub se habet alia Tribunalia inferiora, nempè Scribæ Rationis, Thesaurarij Regni Generalis, Dohanæ Magnæ huius Ciuitatis, omniumque Dohanarum, & Fundicorum Regni, atque Arrendamentorum, Regiæ Siclæ monetarum, ponderum, & mēsurarum, Monterij Maioris, Portulani Neapolis, omniumq; Portulanorum Regni, Vicesecretorū, Capitaneorum Grassiæ, passuum Custodum, Consulatum Artis Serici, ac Lanificij, Perceptorum Regionum, Thesaurariorum, Magistrorum Camera, Regij Armamentarij, seù Arsenalis, Equitatus Regalis; Ex quo Tribunali consuetū quoque est, post quindecim singulos annos exire Numeratores pro vniuersi Regni fumantium descriptione, teste *Topio de Orig. Tribun. par. 1. lib. 4. cap. 4. n. 2. & 3.*

28 Et causæ, quæ principaliter in eadem Regia Camera agitandæ sunt, consistunt in Regalibus, in omnibus rationibus Officialium pecuniariorum, in extractionibus Regni, in negotijs Regiæ Dohanæ Menepedum Apuliæ, in consultationibus rerum Regij Patrimonij, ac seruitiorum particularium, in delictis Officialium, eidem subiectorum, & conductorum Arrédamentorum, in reuelationibus thesaurorum, immunitatibus, bonatenentijs, catastis, passibus, pontibus, ac scaphis, demanijs, executione causarum ibi decisarum inter partes, in omnibus denique vbi fiscus est actor, vel reus, siuè author laudatus; aut si in causis inter partes vertentibus, adisset aliquod fisci interesse præcisum, & apprensus; cuius declaratio fit petere fisci Patrono, summarie per Reg. Coll. Conf. vt in *prag. 61. & 62. de Offic. Proc. Cas. Conf. Altimar. de nullitat. rubr. 9. q. 24. à n. 21.*

29 Itemque in causis inuestiturarum feudaliū, est competēs Iudex, ad e-

que

que vbi de qualitate feudi, successione, adohis, ac releuijs agitur, vt in *pragm. 13. S. e perche, cit. tit. R. Rouit. conf. 9. num. 1.* vbi post alios *Conf. Altimar. in. obs. num. 9. lib. 1. Reg. Capyc. latro dec. 186. R. de Marin. resol. 146. n. 5. & 6. lib. 1.* Et Nos obseruauimus in *Fori feudalis Epitome, assertio. 4. nu. 14. per tot.* & in alijs similibus negotijs, de quibus per *Authorem* nostrum in his *decis. Reg. Cam. vt subdit Carol. Rota in annot. ad Reg. Rouit. conf. 5. n. 4. in fin. lib. 1.*

30. Et quia vt plurimum rei, ad protraendas lites, procurant remissiones causarum ad R. Camera, in qua non ita facile causæ possunt terminari, ob negotiorum Regij Patrimonij multitudinem, *Reg. Capyc. latro d. decis. 186. n. 1.* Idco dubium, an Fiscus habeat tale interesse considerabile, & presentaneum, vt Fisco instante sit causa remittenda ad R. Cam. iudicandum est in *Reg. Collaterali Consilio; idem Reg. Capyc. Latro. n. 5. & 6. R. Sanfel. des. 291. n. 39. R. Rouit. dec. 74. n. 5. & patet ex d. prag. 13. & prag. 62. S. 3. eod.* vbi hæc prouisio illi reseruat.

32. Et licet R. C. non possit cognoscere de causis inter priuatas psonas, secus si Fiscus habeat interesse, vt post *Capyc. docet Prof. de Franch. decis. 117. in fin.* vel si vni ex litigantibus succedat; nam tunc causa ad forum fisci cum toto processu est remittenda, *Scialoya de for. compet. cap. 28. num. 24. R. Capyc. latro decis. 175. num. 24. ex l. si constante §. fin. D. sol. matr. ; vbi num. 25. limitat in secunda instantiâ; Conclusio verò prædicta patet ex Pragmat. 37. de Offic. Sac. Reg. Conf. ibi: Rursusque causa inter priuatos, Fiscumque nostro in Consilio, siue alijs in Tribunalibus, Curijsue pendentes eandē ad Camerā originalibus suis cū processibus deuoluas haberi mādamus &c.*

33. Non tamen Fiscus, qui est creditor alicuius ex litigantibus, potest petere remissionem causæ sui debitoris, sed tantum assistere, vt pluries *decisum* referunt, post alios *Conf. Ross. lib.*

1. resp. 55. num. 10. & 11. Carol. Rota ad Rouit. conf. 31. num. 3. lib. 2. Abhorret enim sub prætextu debiti procuratoriam contra priuatos fiscum præstare, *l. abhorret 3. vbi Guiac. C. no Fisc. vel Resp.* Posse tamen fisci cessionarium cōuenire nomen celsum in R. Camera, prout fideiubentem pro aliquo apud Fiscum, si cogatur ad soluendum, fundat *R. de Marin. lib. 1. resol. 146. quem sequitur Nouar. in comm. ad prag. 62. de Offic. Proc. Cas.*

34. Et licet de iure per officium Procuratoris Cæsaris, debitores debitoris fisci compellantur in subsidium, soluere Fisco debitum; Id tamen procedit, quando debitor debitoris fisci fatetur debitum, quod est liquidum, vt in *l. si debitum, 3. C. quando fsc. vel Resp. debitores sui debitoris conuenire possit, vel debeat; prout intelligunt Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 7. n. 28. Alfar. de offic. fiscal. gl. 6. prin. 4. Olea de cels. iur. tit. 4. q. 4. num. 45. R. Rouit. in d. prag. 62. sub num. 2. de offic. Proc. Cas. & latè fundat Conf. Sraib. resol. 194. n. 24. ad seqq. nō posse scilicet aliter conueniri in Regia Camera.*

35. Quæ iurisdictio Reg. Camera, nequaquam cumulatiuè, sed priuatiuè quoad alios quoscunq; Iudices impertita intelligitur, vt potissimum firmanunt *R. Reuert. decis. 7. R. Galeot. d. resp. fsc. 1. à n. 103. ad seq. R. Sanfel. decis. 291. R. de Philipp. dissert. fsc. 202. à n. 35. & alij, quos nouissimè congregit Pisanus in addit. ad Goffred. de Gaeta in An. R. C. 1. à num. 103. Et sic cognoscit suos Officiales, etiam, extrà officium delinquentes, post alios *R. Rouit. decis. 74. Parthen. Petagna in alleg. 100. in 3. tom. diu. R. de Marin. R. Capyc. latro decis. 198. R. Galeot. d. loc. à n. 98. R. de Philipp. ubi sup. à n. 48. ad 59. Et de Conductoribus Arramentorū, agunt *R. Galeot. d. loc. n. 136. R. Tap. lib. 3. iur. Regni tit. de offic. Proc. Cas. fol. 203. lit. T. Mucci ad Sanfel. des. 1. num. 40.***

36. Adeo, nec persona priuilegiata electione fori habeat ad variandā R. Cam.

D

Cam.

Cam. post alios *Conf. Altimar. de nullis. rubr. 9. d. q. 24. n. 13. Pras. de Ganauerr. decis. R. C. 56.*

37 Neque isti Officiales possunt iurisdictionem prorogare, eorumque foro renunciare, R. *Capp. Iatro d. dec. 198. n. 17. lib. 2. R. de Philip. d. dissert. 20. num. 36.* (quidquid in contrarium scripserit *Casar. peregr. quest. 22. §. 2. & 9. 23.*

38 Idq; procedit etiam, si adfit Regia delegatio alicui Tribunali facta, nisi expressè privilegio fiscali derogatum fuerit, ex *pragm. 12. de offic. proc. Cas. & ita docet Goffred. de Gaeta super rit. R. Cam. rubr. 2. à n. 288. ad 290. & confirmatur ex Pras. de Ganauerr. d. dec. 56. num. 56.* docente nec per consuetudinem, Principe inconsulto, derogari posse huic privilegio cognoscendi subditos: conferuntq; tradita per *P. Afflic. contron. 6. per tot. vbi ex prag. ac Regijs literis, fundat, quod causæ, in quibus*

39 R. fisci adest interesse, non possint in R. Collaterali Consilio agitari, nisi de negotio gubernium, ac regimen tangente tractetur, vel eius dependentia, aut dubiæ *pragmatica* interpretatio id suaderet; Imò per nouissimas *Reg. literas* expeditas præcedenti anno 1691. iussum est, vt R. Coll. Conf. nō se intromittat in causis R. Fisci, aut inter partes, ac Vniuersitates vertentibus; Et quando solet R. Coll. Conf. ordinare relationem fieri S. E. per R. Cam. tūc R. Cam. accedit ad Coll. Conf. tanquam magis dignum, sed sententia nomine Regiæ Cameræ Summariz, accedente voto Spect. Regētium promulgatur, eiusq; reclamatio pertinet ad Reg. Cam. vt fundat *cit. Pras. de Ganauerro dec. 30. per tot.*

40 Præterea ipsum Supremum Tribunal R. C. ad instar Præfecti Prætorio, cognoscit reclamationem sententiarum ab ipso latarum, nec per istam reclamationem executio impeditur, R. *Renert. decis. 141. & 178. Pras. de Franch. decis. 601. num. 2. &*

decis. 714. num. 7. & exploso Marino Freccia fundat R. Galeos. d. resp. fisci. ex n. 40. & post alios Conf. Pratus d. obs. 50. num. 12. & 13. R. de Marin. ad R. Renert. dec. 7. n. 1. & 2. R. de Philipp. dissert. fisci. 3. nu. 6. Conf. Petra ad rit. M. C. 57. n. 8. & rit. 250. num. 7. Pras. D. Gregorius de Ganauerro in decis. Supr. Trib. Præfecti Prætorio R. Cam. Neap. decis. 30. n. 3.

41 Seruatur tamen in eadem R. Cami stylus, vt si in decisionibus causarum paritas votorum contingat, sententia pro reo publicetur, iuxta *l. inter pares D. de re iudic. & c. fin. de sent. & re iudic.* etiam si quatuor essent votantes, non obstante, quod in S. C. debent esse tria vota conformia, ex quo duo Præsidentes faciunt Reg. Cameram, & sic duo sufficiunt vota, vt iudicatum fuit die 12. Oct. 1602. in *Arrest. 549. apud R. de Marin. quid quid oscitantèr dicat Pras. de Ganauerro decis. 7.* Non enim dantur alij adiuncti, prout seruatur in S. C. sed profertur pro reo, etiam si adfuissent adiuncti Consiliarij S. R. C. cum attendatur stylus Tribunalis, prout è contrario, si dentur adiuncti Præsidentes in S. C. vel accedant ad votandum in Coll. Conf., sequuta paritate, dantur alij adiuncti, vt testantur *Pras. de Franch. decis. 252. & post alios Confil. Altimar. in obsid. R. Rou. conf. 7. n. 10. & 11. lib. 1.*

42 Non enim dantur alij adiuncti, prout seruatur in S. C. sed profertur pro reo, etiam si adfuissent adiuncti Consiliarij S. R. C. cum attendatur stylus Tribunalis, prout è contrario, si dentur adiuncti Præsidentes in S. C. vel accedant ad votandum in Coll. Conf., sequuta paritate, dantur alij adiuncti, vt testantur *Pras. de Franch. decis. 252. & post alios Confil. Altimar. in obsid. R. Rou. conf. 7. n. 10. & 11. lib. 1.*

43 Ratio verò diuersitatis inter S. C. & R. Cam. tradita à *Reg. Galeos. lib. 2. contr. 58. n. 8. & à Reg. Rou. in prag. 1. de caus. decid. nu. 3. & in conf. 74. n. 2. lib. 1.* est, quia Regij Consiliarij sunt Iudices Delegati, in quibus recurritur ad Superiorem, vt in *d. c. fin. & Præsidentes R. Cam. sunt ordinarij, in quibus seruatur regula iuris in d. l. inter pares; At illa meritò displicet Conf. Altim. in obser. ad cit. conf. 7. n. 7. quæ sequitur Reg. de Vilosa in dissert. 3. n. 47. post tract. de fugitiu. quia Regij Consiliarij etiam sunt ordinarij, prout Iudices M. C. & tamen in paritate dantur adiuncti; Vnde verè*

- rationem esse tradunt, ex *Surgente, de Ponte*, alijsq; quia in causis vertentibus in R. Camera, interesse regulariter est Regij Fisci, contra quem in dubijs quæstionibus iudicandum, ex *l. non puto, D. de iur. Fisci*; & favorabiliores sunt causæ reorum, quàm actorum, *l. favorabiliores 168. D. de reg. iur. l. Arriannus 46. D. de act. & oblig.*
- 44 Quæ dispositio *l. inter pares* procedit, etiã quando fiscus est reus, vt pro illo sententia proferatur, secundũ *R. Ronis. conf. 102. n. 18. lib. 2.* vbi ait, quod in Reg. Cam. non seruetur *text. in d. l. non puto*; quem sequitur *Conf. Altimar. de nullitat. rubr. 9. q. 51. n. 8.* & itã seruatum refert *Præs. de Ganaerro in decis. R. C. 3. n. 25. & decis. 4. n. 119.* Imò quando lis est inter partes, abiq; Fisci interesse, non seruatur *d. l. inter pares*, sed vel absentis Præsidentis interuentu terminatur, vel aliquis ex Regijs Consiliarijs iussu Proregis adiungitur, si credimus *M. Ant. Surg. in Neap. illust. c. 24. num. 28.*
- 46 Quod rarò accidit, nam & si partes incompetentiam Regiæ Cameræ nõ allegent, ex officio decernitur, quòd partes adeant Sac. Consilium, ex *eod. Reg. ac Reg. Cam. Locum tenente D. Raph. de Vilosa in d. dissert. 3. num. 48.* prout ex officio S. R. C. causam notoriam fisci, ad R. Cam. remittit, teste *S. G. Præs. Vinc. de Franch. decis. 332.* aliàs processus, ac sententiæ nullius roboris essent, ex *Pragm. 37. de offic. S. R. C.*
- 47 Dubiũ hinc pullulat, an in R. Cam. seruetur ad vnguem dispositio *d. l. inter pares*, an verò solũ vltima pars illius legis, vt non attendatur priuilegium causæ, vel personæ, sed tantũmodò proferatur pro Reo sententia, etiã quòd fiscus sit reus? Et quidem *R. de Ponte in dec. 31. num. 7.* testatur in R. C. seruari *text. in l. inter pares*, & habere notabilès limitationes, de quibus ibi per *Zaf.* nedũ in personis priuilegiatis, sed etiã in causis favorabilibus, quales sunt illæ *libertatis in d. l. inter pares, cum concord. ac testamenti in l. si pars 10. Dig. de inoff. testam. & in d. c. fin. ibi: tenet pro reo, non pro actore sententia, nisi in causa favorabili, puta matrimonio, libertate, dote, seu testamento; cum in his idẽ sit, q̃ pro Reo decidere, vt notauit Cuiac. lib. 12. obs. c. 16. & in alijs similibus, quæ habent eandem rationem favoris, secundũ Gonzalez in d. c. fin. ver. testamento, cit. Vilosa ibid. n. 39. & 40. Conf. Altimar. d. q. 51. à n. 9. & videtur annuere R. Reuerter. decis. 155. circa med. vbi refert, quòd sequuta paritate, prodijt sententia pro Io. Frans. Balduino, qui erat possessor, & habebat titulũ ex testamento, attenta dispositione *text. in d. c. fin.**
- 48 Sed an hoc procedat in Fisco actore, tanquã priuilegiato, maior est difficultas; & negatiuè scripsit *R. de Ponte d. dec. 31. n. 8.* ex peculiari dispositione *d. l. non puto.* Sed contrariũ strenuè pro Fisco tutatur *Dom. Reg. D. Carolus Calà in suis allegat.* quas recenset in alijs allegat. n. 76. per Nos hic inferiũs insertis, easq; legere poteris, apud *D. Hieronymum Calà* eius fratrem, *Diani Ducem*, doctrina, ac moribus ornatissimũ Patritium, in suo celebri tract. *de restit. in integr. q. 30. à n. 12. ad 14.* vbi contrã *Turamtu. in libro sing. ad cit. l. non puto*, probat Fisci causam favorabilẽ esse; Cui tamen opinioni obstat, quòd si illa esset vera, nunquã sententia in Reg. Camera pro reo publicaretur, cum semp̃r Fiscus esset priuilegiatus, eiusq; causa favorabilis, pro qua in paritate votorum sententia publicaretur; Indubiè tamen procedere illã dicimus, quãdo pro Fisco actore cõcurreret aliqua ex causis favorabilibus, quæ communitè, vt suprã à iure considerantur, prout nouissimè examinatum fuit in causa *Arrendamenti grani unius cum dimidio pro rotulo*, vt notauimus *suprà par. 2. §. 13. n. 56.*
- 49 Præterea hoc Regiæ Cameræ Tribunal, licet supremum, non tamen habet aliquam iurisdictionẽ in Tri-

- bunal Magnæ Cur. Vicariæ, vel Tribunal Curie Magni Admirati, ideòq; si quid ad hæc prætendit, procedere debet per viâ literarû hortatoriã, iuxta *decis. 13. R. de Ponte*, quæ est eadem de verbo ad verbum cum *decis. 73. Conf. Gizzarelli*, & notant *R. Sanfelix. in discursu post dec. 290. n. 29. & decis. 291. Reg. Capyc. latro dec. 198. n. 12.* Et posse Curialem Reg. Cameræ, trahere reum de foro Admiratiæ, habetur apud *Afflic. decis. 56.* Cætera verò Tribunalia Artis Serici, Lanæ, & similibus petunt remissiones, non hortando, sed supplicando, teste *cit. R. Sanfel. d. dec. 290. n. 30.*
- 50 Sed an possit mittere ad Sacrum Reg. Consilium literas hortatorias pro remissione causæ eius Officialiû? Dubium pariunt exempla adducta per *R. Ronit. decis. 74. sub n. 7.* vt officiales deberent petere remissionem in S.C. & sic *R. Sanfel. in praxi scilicet. 17.* refert, quod cum *R. Cam. Præsidens Io. Baptista Pisanellus*, in Collat. Consilio petisset remissionem ad Reg. Cam. fuit decisum quod comparere debuisset in S.C. ibiq; remissionem petere; Quod tamen euenit, quia in S.C. erat lis inter creditores, ibique captum iudicium, & ne continentia causæ diuideretur, vt tradit *R. Capyc. latro d. decis. 198. in fine.*
- 51 Verum Reg. Conf. *Hiacynthus Cangianus* in quadam *allegatiuncula* transcripta per *Mucci in dilucid. ad Sanfel. decis. 70. nu. 9.* rectè scripsit, quod hoc videri non debet nouum, quia Regia Camera non est Tribunal subordinatum S.C. sed illi cœquale, eiusq; officiales nullum alium Iudicem habere possunt, quàm Reg. Cameram, & quidquid sit, quoad ipsos priuatos officiales, inter Tribunalia ipsa, propter eorum eminentiam, nõ cadit comparitio, quæ importat subiectionem legalem, sed tantum exhortatio, seu literæ hortatorias, per verbum, *hortamur*, quod est per preces, & rationes obtinere.
- 52 Et subdit, id confirmari ex *Arrest.*
458. apud *Reg. de Marin.* vbi anno 1587. die 5. Maij, fuit per Reg. Cam. ordinatum, quod visis literis hortatorialibus ad S.C. missis anno 1500. dictæ literæ concipiantur, per verbû, *placeat*: Quod sanè verbum, boni viri arbitrium denotat, *Barbosa dict. 220. Menoch. de arbitr. lud. quest. 8. & n. 7. Capon. discept. for. 368. num. 14. lib. 5.* Placere namq; significat, ex diuersis rationibus, & motiuis, quæ honestati, vtilitati publicæ, iuri, & equitati consentanea sunt, elicere, prout accipitur in *l. 2. de orig. iur. S. sed & quod*, *Inst. de iur. nat.* notat *Caluin. in Lexic. Iur.*, & in sententijs vsos fuisse hoc verbo Romanos, ostendit *Briffon. de formalis lib. 2. fol. 169. & 170.* Et respectu S. R. C. quia Principis personam repræsentat, arbitrium regulatum, seu discretum esse debere, inquit *Tasson. de antiq. vers. 12. obser. 2. n. 20.*
- 54 Imò anno 1445. per Reg. Cam. expeditæ fuere literæ hortatorias directæ R. Consil. ac R. Cancellariam Regenti *Dom. Valentino Clauerio*, per verba, *requirimus, & hortamur*, & causam remittere placeat, & velitis, vt legitur apud *Top. in par. 3. de orig. Trib. fol. 253.*
- 55 Et Reg. Camera solita est scribere Sæc. Conf. videlicet: *Ferdinandus &c. Sacro Consilio salutem &c. requirimus, & hortamur, quatenus &c. declarando*, quod S. C. non se intromittat in causis Magistrorum Portulanorum, die 21. Aug. 1516. *in comm. 28. fol. 17.* teste *Præs. Petro Masturtio in repertorio m. 5. lit. C. pag. 180. à ter.*
- 56 Itemq; scripsit Consiliarijs, quando Dohanerius Salis fuit citatus in S.C. nempè: *Magn. Viris Regijs Consiliarijs in S. R. C. deputatis, tanquàm fratribus cariss. salutem, &c. requirimus, & hortamur &c. minimè ad aliquem actum procedere, imò acta facta remittere ad Reg. Cameram &c.* die 12. Maij 1498. *in Reg. comm. 44. fol. 70.* apud *cit. Masturt. fol. 155. & 181. à t.*
- 57 Et Consiliario residenti in Prouincia

- cia Hydruntina, ita scripsit: *Magn. Vir: Vi dicemo, & officij authoritate, qua fungimur, vi esortamo, che vi piaccia, quando accaderà alcuna differenza trà lo . . . e lo Maestro Portolano, di volerli intendere, con pigliare l'informazione, e mandarla in Camera, ex literis Reg. Camerae sub die 17. Sept. 1483. in Reg. liter. par. 27. fol. 208. Masturt. ibid. fol. 180. às.*
- 58 Prout & Straticoto Messanae, videlicet à ter. *Illustriss. Straticò, & armorum Capiteano Civitatis Messana. Intus verò: Illustrissime, & Magnif. vir, tanquam frater carissime: Per tanto vi piaccia far pagare, in Reg. literar. par. 13. fol. 151. anni 1515.*
- 59 Senatori Romano, ita: *Mag. Militi fidei Regio amico, & consocio nostro carissimo, salute &c. Per tenor della presente vi ricerchamo, & incaricamo, in Reg. liter. claus. Cur. 6. fol. 41. A. 1473.*
- 60 Rationali sistenti in Prouincia: *Egrege vir fidelis Regie consocie, & amice noster carissime, in Cur. 6. fol. 30. A. 1467.*
- 61 Ill. Principi Salerni: *tanquam fratri carissimo: Vi dicemo, & esortamo, in Reg. liter. par. 35. fol. 34. A. 1521.*
- 62 Ill. Ducissae Barij, videlicet: *Illustrissima Signora Duchessa; per tanto la notificamo à VS. Ill. e quella esortamo, li piaccia ordinare, e provedere &c. Masturt. d. loc.*
- 63 Ill. Principi Capuae, Ill. Princeps Regie nepos, & Locumtenens generalis. *Vi pregamo, che parendoni espèdire, come à voi pare, ex literis R. Cam. 25. Sept. 1482. in par. 25. fol. 76.*
- 64 Sereniss. Regina: scribebat anno 1498. Regiae Camerae, *Mag. Viri Regij Consiliarij fideles nostri dilecti &c. Per tanto vi pregamo, vogliate &c. subscriptio verò: La trista Regina, in par. 6. fol. 135.*
- 65 Sacrum Regium Consilium tamen praecedit in scissionibus Reg. Camerae Tribunal, vt post alios testatur *Consil. Franc. Roc. de offic. rubr. 5. §. 2. vbi in §. 3. de praecedentia inter S. C. Praesidem, ac R. C. Locumtenentem, & in §. 4. inter Regios Consiliarios, & Praesidentes R. Cam. & ad eundem Reg. Rouit. consil. 102. lib. 2. ibique Consil. Altimar. in obs. Et cum iterum hoc diffidiu fuerit exortum, pro R. Consiliarijs scripsit Doctiss. R. Ant. Miroballus, tunc Consil. cuius allegationem imprimendam curauit Consil. Altimar. post decis. Reg. Rouit. fol. 57. Praesidentium verò partes defendit Reg. D. Carolus Calà tunc Praes. , cuius Responsum edidit Nicol. Top. in p. 3. de orig. Tribun. fol. 429. Et pro S. R. Consil. in possessorio iudicatum fuisse, testantur Casar. peregr. quest. 12. num. 3. & 4. & Consil. Petra super rit. 1. num. 21.*
- 66 De praecedentia verò Fiscii patroni, ac Rationalium cum Iudicibus M. C. Vicariae, late egimus in par. 1. in annot. ad §. 3. q. 7. à num. 96. Et de praecedentia Secretarij, & Procuratoris fiscalis R. Cam. contra Rationales, scripsit R. Galeota lib. 2. controu. 11. & 12. vbi in fine, resolutum fuisse refert anno 1633. quod pro conciliatione alternatim praerferrentur, cum vtrique essent necessarii, & pars integrans Tribunalis.
- 67 Denique sciendum est, quod anno 1584. per Reg. Cameraam prouisum fuit, quod Generalis Regni Thesaurarius, lecto prius priuilegio, hoc Tribunal ingrederetur, ac sederet post Praesidentem Decanum, citra praerudicium cuiuslibet, tam in petitorio, quam in possessorio, vt in Arrest. 344. Sed anno 1670. pro Decani, ac omnium Praesidentium, praerminentia calamus arripuit, Dominus Reg. D. Carolus Calà; Pro Thesaurario autem scripsit Consil. Franc. Maria Pratus, sub anonymo romano personatus: Quorum doctissimas allegationes ad literariae Reipublicae bonum, typis edendas existimauimus.



De Regiæ Camerae, eiusque Decani
præminencia, cum Regio ge-
nerali Regni The-
saurario.

CONCLVSIONVM SYLLABVS.

- I. **Q**uæstores in Republica Romana fuisse Candidatos, Criminum, & Aerarij, & horum vltimum genus infimum, nobilibus, & plebeis commune, quibus Theſaurarij ſucceſſerunt, nullum habens in vrbe imperium, nec iuriſdictionem, non faſcium honorem, neque liſtores. In Regno Neapolis nobiles, & illuſtres exercuiſſe Quæſturam Aerarij, eadem verò conditione, & forma, vt Regiæ Camerae ſubſint, eiufque mandatis obnoxij ſint, & computorum rationem reddant. Camerae verò Tribunal magnum, Sacrum, Supremum, & Præfecti Prætorio vices gerens, & eiufdem Præſidentes ſucceſſiſſe Magiſtris Rationalibus, quorum erat Princeps officium in Regno, eorumq; multos à latere, ſiue ſecretiores Conſiliarios antiquis temporibus inſimul extitiſſe, ex num. 1. ad 25.
- II. Theſaurarios generales in Reg. Camera ſecundum locum quandoque obrinuiſſe, magis ex propria perſona, quam munere, & ex titulari dignitate, vel Conſilij Collateralis. Maiorem dignitatem habenti dari ſecundum locum in Collegio poſt Rectorem, non eſſe admittendum, vbi non maioritas, ſed antiquitas miniſterij attenditur; & Episcopum in Eccleſia, in qua eſt Canonicus, ſedere tanquam Canonicum, intelligi de loco receptionis, non de ſeſundo. Archipreſbyterum maiorem in ordine poſtponi Archidiacono maiorem in adminiſtratione, quæ habeat iuriſdictionem. Maioritatem ordinis, & iuriſdictionis præponi adminiſtrationi temporalium. Theſaurariam communi iure attento non eſſe dignitatem, ſed officium. Dignitatem verò ab officio ſeparatam, & extrinſecam, non eſſe conſiderabilem in materia prælationis, ex n. 26. ad 46.
- III. In Collegijs inter æquales iuriſdictione, ſiue adminiſtratione non attendi maioritatem gradus, ſed antiquitatem miniſterij, excepto Conſilio Collateralis ſtatus, & belli. Conſilij verò integri Collateralis cõſtitui tres claſſes, & in vnaquaque prioritatem, non maioritatem, exceptis pariter magnatibus ſeptem Regni officia exercentibus. Inter habentes adminiſtrationem, præferri habentes maiorem, vel nobilitatem, vtpote cum iuriſdictione coniunctam, ex num. 47. ad 61.
- IV. Theſaurarium generalem debere ſedere in Regia Camera poſt omnes DD. Præſidentes eius Iudices ſuperiores, & ſupremos, & moribus Regni noſtri, & aliorum non habere Theſaurarium iuriſdictionem, non votum, neq; cognitionem aliquam, ſed eſſe ſimplicem miniſtrum pecuniarum, merumque executorem inſtructionum, quas Reg. Camera ei præſcribit, & hanc ſolam regio præeſſe patrimonio, dempta perſona Theſaurarij, qui officialium numero non comprehenditur, ex n. 62. ad 72.
- V. Marci Antonij Surgentis teſtimonium de interuentu, & voto Theſaurarij generalis in Regia Camera, & Collateralis Conſilio multiplici errore conuinci, vel eſſe admittendum in Theſaurario, qui erit inſimul particulari priuilegio Collateralis Cõſiliarius, prout erat ſuo tempore, vel in terminis antiquarum inſtructionum, quæ in volumen pragmaticarum inſertæ ſunt, ſed de natura officij non eſſe de Collateralis Conſilio, ex n. 73. ad 89.
- VI. Inſtructiones, & formulam officij Theſaurarij generalis fuiſſe omnino antiquatas, ſed primas, nec etiam votum Theſaurarij præſcripiſſe, ſed interuentum in locationibus regiarum gabellarum, cuius muneri erat iniunctum eas fieri curare, & ſi de iuſſiones recipere, quæ nouis ordinibus, & contrario vſu abrogata ſunt, ex n. 90. ad 98.
- VII. Admitti in Collaterale Cõſilium Theſaurarios generales regio iuſſu prohibitum eſſe: Inferiorem verò non poſſe edicere, ſtatueri, nec operari contra legem ſuperioris, etiam quod habeat poteſtatem condendi legem. Contra regium ordinem poſſeſſionem dici uullam, attentatam, improbam, & reuocandam, ex errore, aut regij ordinis notitia non habita, & non eſſe manutentibilem poſſeſſionem ſedendi, quæ non habet certam ſedem. In incorporalibus patientiam aduerſariorum requiri, contradictione diſſolui poſſeſſionem, ſed nec patientiam in ordine Collegiorum ſeruando, qui ad publicum ſtatum ſpectat, quicquam iuris in alium transferre, ex n. 99. ad 109.
- VIII. Collegium vti corpus dici in dignitate conſtitutum: Abbatem præferri Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, non tamen collegialiter vntis, nec pariter in eo actu Vicarium præferri Archidiacono, ſiue Decano, ſed ei cum Capitulo poſtponi, ne membra ſeparentur à capite. Decanatum eſſe dignitatem, imò maiorem in Collegio, &

ad Decanum principalem curam, & administrationem spectare, honorabilem partem illius esse, & in primo, & superiori loco stare debere, omnesque precedere. In Regia Camera interesse Pro Magno Camerario, absente, vel impedito D. Locumtenente, & esse Tribunalis caput, & habere iurisdictionem discontinuam, sed perpetuam, ex num. 10. ad 120.

IX. Decanum Regiæ Cameræ esse in possessione præcedendi Thesaurarium, tam in Regia Camera, quam in Collaterali Consilio, & hunc non debere turbare ordinem collegialiter ei debitum. Pro manutentione possessionis in materia præcedentiarum dari interdicta possessoria, & potestatem resistendi de facto: & Regiæ Cameræ Tribunal dici tam in proprio loco, quam in Collaterali Consilio, & utrobique decreta publicari nomine illius, ex n. 121. ad 128.

X. Barones omnes Regni titulos esse Cõfiliarios à latere sine exercitio, & administratione, sed Decanis Regiæ Cameræ, & Sacri Consilij titulo insignitis administrationem quandoque fuisse concessam participari privilegio, eoque carentibus, dum accederent ad Collaterale Consilium, fuisse etiam permillum sedere in sella, & declaratum eis deberi hanc prerogatiuam, etiam si Decani titulati tantum sint, & multo magis si Præsidum vices gerant; & de eorum dignitate, & veteranorum privilegijs remissive, ex n. 129. ad finem.



Yacis Regibus, Consules, Dictatores, & reliqui Magistratus in Republica Romana constituti sunt, & cum ararium populi antestius esse cepisset, inquit Pomponius in l. 2. §. exatris, vers. deinde, ff. de origine iuris, ut essent qui illi præessent, electi sunt Quæstores, dicti ab eo, quod inquirendæ, & conservanda pecunia causa creati erant; & Tacitus apud Englebertum in tractatu de quæstorij magistratibus lib. 2. col. 4. Quæstores olim creatos fuisse ait, cum stipendiaria iam esset Italia, hoc est tributaria, & in servitute, ut explicat Rosinus antiq. Rom. lib. 10. c. 22. sol. vlt. & habetur ex Livio hist. decad. 5. lib. 2. Et quamvis antiquiorem originem Quæstoribus alij tribuant, ex l. 1. ff. de officio Quæstoris, quippe à Conditore Urbis Romulo, deinde Numa Pompilio, & Tullo Hostilio, de quo Plinius lib. 33. cap. 2. Franciscus Orbomanus lib. 1. antiq. Roman. verbo, Quæstores Ararij, fol. mibi 270. attamen id exploratum est, quod cum

plebs à patribus secessisset, plebeios etiam eligere magistratus oportebat, & Quæstores primum fuisse constitutos à plebe, mox à patribus populi suffragio, duos primum, deinde quatuor, & ex his eos, qui urbanis negocijs, & ærario præessent, alios, qui consulibus ad belli ministeria præsto forent, Linus lib. 7. Plutarc. probl. 43. Barnab. Brissolinus lib. 1. antiq. cap. 17. Rosinus antiq. Rom. lib. 7. cap. 22. & ex nostris tradit Alexander ab Alexandro dierum genialium lib. 2. cap. 2. in princip. quo loci alios ex antiquioribus congerit Andreas Tiraquellus in annotationibus, & Orbomanus loco citato, Petr. Gregor. p. 1. syntag. lib. 3. cap. 2. circa finem.

Republica verò in Monarchiam versa, Quæsturæ munus diuersimodè acceptum est, & ærarij cura fuit non in eo solo magistratu, nec eodem discreta nomine, nam, ut Tacitus scribit lib. 13. annalium, Princeps curam tabularum publicarum à Quæstoribus ad Præfectos transfudit: Variè habita, ac sæpe immutata eius rei forma, nam Augustus permisit Senatui deligere Prætores, Claudius Quæstores rursum imposuit, atque restituit, Nero transfudit iterum ad Præfectos, quod Iustus Lipsius in commentarijs ad Tacitum in dicto loco pluribus exornat, & comprobat, & exinde comparatius status quæsturæ fuit, & venalis redditus est, de quo grauiter queritur Tacitus lib. 11. annalium, quem refert Levinus Torrentius in Casj Suetonij Claudium cap. 24. col. 2. lit. B. & Englebert. dicto loco col. 4.

Veterum verò ærarij Quæstorum, alij Urbani, alij Prouinciales: Urbani nullo imperio fungebantur, quippe qui nec vocationem, nec præhentionem haberent, nec sella curuli, ut plerique Magistratus, neq; licitoribus, aut viatoribus insignes forent, & apud Prætores possent à priuato in ius vocari, negociosa tamen, & plena sollicitudinis administratio fuit, nam & ærarij, & vectigalium Populi Romæ curam gerere, tum si quid pecuniarum publicæ, vel priuatim erogari, vel in ærarium condi deberet, Quæstorum curæ demandabatur, de quibus urbanis Quæstoribus Cicero ad Atticum lib. 2. epist. 6. in fine, Linus decade 1. lib. 7. & decad. 5. lib. 2. Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. & Asconius Pedianus in Verrem. act. 3. Rosinus lib. 7. cap. 22. in fine, Alexander d. cap. 2. genialium, & quod imperium aliquod in muneri administratione non haberent, tradit expressè Varro apud Aulum Gellium lib. 13. cap. 13. Suetonius in Casare, & Franciscus Orbomanus dicto lib. 1. verbo Quæstorum Prouinciales.

Quod idem legitur de Quæstore, qui cū Præfide

fida

fide in Prouinciã mittebatur, nam *separatam fuisse Quæstoris, ac Præsidis potestatem tunc cognosceretur*, iuquit Sigonius de antiquo iure Prouinciãrum *lib. 2. cap. 3. nu. 20.* Cùm Præsidem priuatas, ac publicas controversias, quæ aut à iure civili, aut à legibus proficerentur diiudicasse, Quæstorum verò propria administratione pecuniam, prædamque publicam curasse, ac tabulas publicas confectisse; quod verum est, nisi Quæstores Prouinciãs decreto Senatus sortiti fuissent, quibus potestas, & imperium commissum videretur, quam differentiam tradit Alexander loco citato, *Rofinus d. lib. 7. cap. 45. lit. F. Carolus Sigonius de antiquo iure Prouinciãrum. lib. 2. ex cap. 3. vsq; ad 9. & alij relati per Tiraquel. de iure primog. quæst. 17. num. 45.* ad quod referendum est id, quod Sabellicus in paraphrasi ad Suetonium in Caio Iulio Cæsare, *fol. mibi 993.* annotatum reliquit, quod Senatores equites Romani, & Tribuni ærarij simul indicarunt, vt potè ex potestate à Senatu tributa, quam potestatem nullo modo agnoscimus in Vrbanis, quibus sola administratio, siuè ærarij cura commissa erat, non mandatum imperium, non iurisdicendi potestas, non sacrum honor, neque litores, vt diximus, & meminit etiam *Petr. Gregor. syntagm. p. 3. lib. 47. cap. 32. n. 16. & Sigon. loc. cit.*

Et sic vides Quæstorum ærarij authoritatem in Vrbe nullam antiquitus fuisse, sed eos Præsido Prætorio fuisse omninò obnoxios, quod probatur eleganter in *l. quisquis, C. de Episcopis, & Clericis*, in qua primipilares, siuè quæstores Præsidi Prætorio præceptis in perpetuum esse subiectos oportebat, & refert Pancirolius in *vtroque notitiã dignitatum cap. 21.* His Quæstoribus ærarij Romani Thesaurarios successisse constat, vt memorat Christophorus Besoldus de *arario publico cap. 7. in princ.* Præsidi verò Prætorio vices habere Reg. Cameram iure cõmuni, & patrio non ambigimus, nam *Claudius à Senatu impetrauit, vt quæ sui procuratores statuisent, eam vim haberent, quam sua edita*, eorumq; munus est, rationes omnium reddituum; quicumque ad Cæsarem pertinent, diligenter procurare, atque tueri, vt in *l. vnica. ff. de offic. proc. Cæsar.* quod multis relatis exornat, & comprobatur *Larrea alleg. 52. n. 10. ad 13.* & Regi nostri pragmaticis *sub eodem titulo congestis* confirmatur, in quibus pariter Thesaurarij generalis munus designatus est quæstoris ærarij nomine, eiq; præscribuntur instructiones, & forma sub titulo de officio quæstoris.

Et quamuis alij munia Quæstoris, Tribuni, & Præsidi ærario confundant, alij distinguat,

& Quæstores prædictos plerique Cameræ Senatoribus assimilent, Præsidos Præsidentibus, siuè magnis nostris Camerarijs, non tamen admittendum est ab his, qui politiores literas agnoscunt, & antiqui iuris noticiam habent, benè tamen admitto, quod Præsidi a prætura, Prætores à Quæstoribus gradum agnoscebant, cùm horum primus fuerit magistratum capeissentibus; & ætatis quandoque robur deerat, vt insinuat *Tacitus d. lib. 13. & ibi Lipsius fol. 150.* hinc

12 Præsidi authoritas Quæstoris munus longè antecesserat, vt potè magistratus superioris, qui Cameræ Præsidentibus benè comparatur, quod probatur expressè Iureconsultus in *l. Senatus, §. quod si tribus. ff. de iure fisci, in l. Adrianus, ff. eodem, & in l. cum quidam, ibi, causam enim ad Præsidos ærarij misit, ff. de his, quæ vt indignis*, horum autem Præsitorum ærarij officium laboriosissimum & maximum appellat Plinius in panegirico, & ad consularum in eundem rite proximum, *Liuius decad. 4. lib. 2. eadem decad. lib. 7. & decad. 3. lib. 9. histor.* & habet Lipsius in *comment. ad Tacit. d. loco, fol. mibi 150.* & de eorum insigni præheminentia, & dignitate, in qua semper viri excellentiores præpositi fuere, latè agit videndus *Larrea alleg. 52. ex num. 10. & Dominus Regens Galeota respons. 1. fiscal.* Moribus autem quorundam Regnorum inductum est, vt aliter hi magistratus designentur, quam proprietatis muneris, & nominis insinuat, vt de Alemania *Volfangus Lazius arbitrator, comment. Reipub. Rom. lib. 2. cap. 14. col. 6.* & de varietate Quæstorum in Regno Franciæ tractat *Englebermeus loco cit. col. 7. post Gugliel. de Bened. in c. Raynutius, verbo, & uxorem, dec. 2. num. 217. Boer. de auth. mag. Consilij d. nu. 120. & Casan. in catalogo gloriæ mundi, par. 6. confid. 18 cum tribus sequentibus. Faustus in consilijs pro ærario classe 14. conf. 72. 73. & 74. & Mediolani Quæstores appellant Magistratus illos, qui ratiocinijs præsumunt, & vengalium Principis curam habent, & ærarij, vt notum est, & scribit *Menoch. conf. 902. num. 6.**

In iure nostro triplex est Quæstorum genus, 15 ex glosa in *l. vnica, ff. de offic. Quæstor.* nam alii sunt Candidati, cuius muneris præconia legimus apud Sueton. in Augusto *cap. 6.* & Lampridium in Alexandro, & elegantem formulam ponit *Cassiodorus lib. 6. formul. 5. & lib. 1. epist. 12. lib. 5. epist. 4. & lib. 6. epist. 5.* & scribit Iureconsultus in *l. precipimus, Cod. de appellationibus, Volfangus Lazius comm. lib. 2. cap. 14. Tiraquell. in Alex. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 3. genial. Beroald. in Suetony Nerone Claud. Cæsar. cap. 15. in fine,*

Ama.

1. *Apoyq ad tit. C. de Decurion. lib. 10. cap. 3. n. 1.* & hos bene equiparat D. Regentibus
 2. Regiam Cancellariam Neapolis Panciro-
 lus in comm. in notitiam vtriusque Imper. cap.
 3. 1. col. 1. in fin. Alij criminibus inquirendis;
 & puniendis prefeci, & inde Questores
 dicti, quasi inquisitores, vt legitur in dicta
 glosa, & in Authentico de Questore, col. 1.
 & 2. & alij a genere inquirendi pecuniam
 publicam, quos dicimus Theſaurarios, &
 4. hoc fuiſſe vltimum, ſiue iſtum Quęſto-
 rum genus, dicit Gloſa in d. l. vnica in princ.
 & verb. plebeios, & ibi DD. Ant. Auguſtin.
 lib. 2. c. 1. Caſſan. d. p. 6. confid. 17. col. 4.
 verſ. nunc ergo, Tiraquell. de iure primog. q. 17.
 n. 47. D. R. de Tapia in rubr. de offic. Quęſtoris,
 n. 1. & 7. Narbon. de atate an. 27. q. 1. n. 2.

5. Cum itaque Theſaurarius Regni generalis,
 qui Quęſtoris munere ſiguitur, & hoc nomi-
 ne in Regiis pragmaticis proprie designa-
 tur, Regiſq; Camerę ſubeſt, coram Pręſi-
 dentibus iuret de bene, & fideliter exercēdo
 munerē, & ab his, & reddendi fidei ſuz ra-
 tionem, & computum, quolibet ſemeſtri,
 reique gerendę recipiat inſtructiones, &
 formam, quibus ipſe ſubſcribit, promittens
 eas ſeruaturum, ſponſione iureiurando ſir-
 mata flexis genibus coram eiſdem, qui in
 eo quod contraxerit, ius dicunt, mulctant,
 puniūt, neſcio quo iure Pręſidētibus ipſius
 in Tribunali pręſſe, eiſdemque antecire in
 ſeſſionibus, excepto Decano, contendat,
 ſpreta Imperiali Conſtitutione in Authen-
 6. tico de iudicibus §. ſedebant col. 6. quod Index
 in loco ſuz iuriſdictionis ſedere debet in
 cathedra prę omnibus alijs, & in auth. vt
 dignitatum ordo ſeruetur, vt qui iudicatur
 Iudici ſubſit, & quauis dignitate pręfulget,
 in aliqua Secretarij parte reponendus ſit,
 quę Iudicibus inferior, reliquis alijs ſupe-
 rior, & media inter vtroſque, ex tex. in l.
 quociens, §. ſedendi, C. vbi Senatores, vel. clarif-
 ſimi, & in Auth. vt ab Illuſtribus, §. fancimus,
 Caſſan. in catal. glor. mund. par. 7. confid. 24.
 in princip. Praſ. de Franch. deciſ. 138. num. 5.

7. Non enim cōuenit, vt in ſuperiori loco iudex
 aſpiciat quem obnoxium ſibi, ſuzque po-
 teſtati ſubditum agnoſcit, & qui Camerę
 ſeruit pecunia comparatio munerē, ſpre-
 ta Magiſtratus dignitate ſe conſtituat di-
 gnioſiorem, quod ego alibi pręteritis annis
 in Regia Iuncta delegata per ſuam Maie-
 ſtatem cum pręcedenti Theſaurario gene-
 rali late fundavi, & allegationes typis ex-
 culſę vulgatę ſunt, & decreto eiſdem
 confirmatę, ſed multorum annorum lapſu
 deſeta geſtorum memoria; & officio The-
 ſaurarij generalis mox venum expoſito,
 iterum in diſputationem venit, quod emp-

toris, non ambitu dicam, renouatur, ſed
 quia quilibet hominum cęteris pręſe-
 8. 9. potius velle, quā ſubſeſſe, vt Imperator
 ait in Auth. de Monaciſ, §. ordo bene dicit in
 mundo, at DD. ſuffragio muniti, mores re-
 ferre, & paſſionem obieſtare paſſim audi-
 tum, quibus ſatiſfacere meum eſt, qui licet
 Decanus ſim Regię Camerę, in qua The-
 ſaurario pręſum in Magiſtratu, & ſeſſio-
 ne, at tamen quia Collegatum cordi eſt, &
 muneris adſeſe pręſidio, quibus antecede-
 re contendit, reuoco faciles ad pena ma-
 nus, & in eorum pręhemioſentia, dignita-
 tenē tuenda ſubſiſto, tum quia nobis omni-
 bus in Collateralij Conſilio conuenienti-
 bus, me non excepto, pręiudicium etiam
 inferret, ſi ante Regiam Cameram ipſam
 poſt Collaterale Conſilium ſedendi ſacut-
 tatem obtineret.

10. Non tamen iratę agam, ſed comiter, & hu-
 manē, nec enim ſuperbię faſtu, aut cupi-
 ditate glorię de ordinis, aut ſedis pręla-
 tione contendimus, quod relinquendum
 illis eſt, qui glorioſe amant primos recu-
 bitus in cęnis, primas cathedras in Synago-
 gis, & ſalutationes in foro, qui damnantur
 Matthæi cap. 5. & 23. Luca 11. Marci 12.
 de quibus loquitur Textus noſter in l. ad
 ſplendidiſſis privilegij, C. de diuerſ. offic. lib. 12.
 ſed vt pulcherrimus ille ordo, qui & in pa-
 tria coeleſti mirificę conſtabilitus eſt, ob-
 ſeruetur, de quo late poſt antiquiores Boer-
 11. loc cit. num. 36. ſeq. Bonadigha in polit. lib. 3.
 c. 2. n. 19. & Stepb. Gratian. diſcept. for. c. 845.
 n. 3. Pater Franc. Bordonus in theatr. pręceden-
 tiarum num. 6. tom. 4. ſuorum operum, nam ex
 ordine concordia eſt, Can. vlt. 89. diſtinct.
 & perfectio rerum, Can. nihil 7. q. 1. Bald. in
 l. 1. ff. de orig. iur. & in dignitatibus, & mini-
 12. ſterio ſeruandus omnino eſt, l. honor, §. ge-
 ner. ff. de muner. & honor. gl. in cau. pueri 1. q.
 1. l. fin. & ibi Lucas de Penna C. de his quę
 ſponſe munerē ſub lib. 10. & in rub. & uigro
 tit. vt dignitatum ordo ſeruetur, & ibi etiam
 Lucas, & in l. fin. C. de primicerio, & Angel.
 pręter alios cauſ. 11. r. late Chriſtophorus Be-
 ſold. in diſſert. de pręcedentia cap. 3. num. 8.
 Vnde ſit, quod nec amico, nec fratri, aut
 patri conueniendum eſt in his, quę munerē
 vniuſeuiuſq; debeatur, nam nec noſtrum
 eſt, cui poſſimus derogare, nec ſuceſſori-
 bus in adminiſtratione quidquam deroga-
 13. tum eſſe, etſi velimus, intelligendum eſt,
 vt per Canoniſtas in cap. conſtitutus, de elect.
 & in materia docuit Marſian. Socin. in cap.
 cum Ecceſſia Sutrina num. 153. de cauſ. poſ-
 ſeſſ. & propriis, quem cum alijs laudauit in
 allegationibus, quas ſcripſi ſuper pręce-
 dentia Regię Camerę cum Saero Conſi-

lio, quas diligentissimus, & doctus Iur-
consultus, & magni nostri archiuji præfe-
sus Nicolaus Topius inserit par. 3. operis de
orig trib. Neap. fol. 430. num. 21. quia publica
ratio præfertur ex l. mirimè ff. de religiofis, et
sumptib. faver. l. nam quod, ff. ad Trebell.
cuius rei Principum placita, iurisque for-
23 mam, & DD. traditiones, & præserita-
rum rerum exempla referunt ex *Liniv*, *Và-
ler. Max.*, *Ant. Cell.*, & aliis, *Boer. de auctor.
magn. Conf. num. 110.* *Cassianus in Catalogo
gloria mundi par. 7. consid. 24. col. 4.* *Menoch.
conf. 257 num. 69.* & *conf. 901 num. 36.* & la-
tè *Bouadiglia in politica lib. 3. cap. 2. num. 15.*
& 16.

Et profectò dignitatem Præsidentium Regiæ
Cameræ magnam esse nemo ambigit, ut
potè administrantium, iusque dicentium,
23 in magno, sacro, supremoque Tribunali,
his enim titulis insigniri, & Regiæ sanctio-
nibus, & DD. comuni testimonio relatum
est, ut ex *pragm. 5. et 14. de off. Procur. Caf.
Frocia; Surgente; Reuerterio, Moles, et aliis
scribit D. Reg. Saufelic. dec. 291. num. 2. lib. 8.
Dem. mans Reg de Tapia lib. 2. Iuris Regni
sub. num. 5. de off. Procur. Casar. & cum
alijs Dom. Regibus; & Locumtenens eiusdè
Regiæ Cameræ, in qua dignissime præsi-
det, *D. Antonius Ioannes Marchionis Cente-
glia, ut vndequaque spectabitis, in defensione
iuridica præcedentiæ num. 11. habetq; om-
nes qualitates, quibus Supremum Consi-
lium dici possit; quas enumerat D. Ioannes
de Solorzano in memoriali, sine discursu præce-
dentiæ inter Consilia Indiarum; et Flandria
nn. 93. & Ego latius fundavi in dicitis allega-
tionibus impressis per Topium d. 3. par. de orig.
Tribun. fol. 430. num. 9. et 10. ut multi ex
24 ex Præsidentibus Collaterales antea præ-
sint, & tam Curia; quam Regiæ domus
Consiliarij, eo quod Magistris Rationibus
suecesserunt, quorum princeps erat of-
ficium in Regno, ut dicit *D. Reg. Galtea,
respons. ff. c. 1. n. 51. et Frocia, et Surgente* antea
tradidere, & alias *Ego* comprobant, quod
includere etiam munus *D. Regentium Regiæ
Cancellariam in d. alleg. n. 13.* Hinc videtur,
quod erecta dein Regia Camera; & hinc
antiquo munere translato, magnanimitus
ille Rex Alphonsus quampluribus Præsi-
dentibus etiam Collateralis munus ad maio-
ris gratiæ cumulqm eodem diplomate cõ-
cessit, ut de *Iannotto de Manacis* legenti
pâtam est, apud eundem Topium d. par. 3.
fol. 262. ibi: *Præfatum Iannottum Consilia-
rium nostrum, simul, atque Præsidentem omnino
Cameræ nostræ Summaria diligere, et assumere
decretimus, & paulò post, in cællis nostris
Consilij tam publicis, quam secretis, ut verus,***

et certus Consiliarius noster interesse etc. quod
Ferdinandus Rex etiam prosecutus est cum
alijs regiam cõcessione mercutibus, apud
eundem Topium fol. 507. vbi de Serbalduo
de Lusignano electo Regio Consiliario, &
Regiæ Cameræ Præsidente anno 1461. Et
Cesareæ Maiestatis priuilegio, *ibid. fol. 391.*
legitur Rodericum de Luxan fuisse Regiæ
Cameræ Præsidentem, & Consiliarium
regiæ domus Aragonum, idemq; Topius
fol. 243. ponit antiquam, humilemq; for-
mam, qua Regiæ Cameræ præsentare con-
suerunt Urbani quæstores; suæ generales
Thesaurarij eorum administrationis com-
25 puta; & in materia honorifica præcedentiæ
semper attenditur deriuatio, principium,
& origo Tribunalis, que nescit deficere, in-
quit *Castodorus lib. 2. for. 15. sed consuevit
radicitus pullulare, & in puncto tenent Mar-
xatius conf. 26. num. 48. et seqq. et Valenzuela
in discursu præcedentiæ num. 45. quem cum
alijs refert, & sequitur Solorzano in d. memò-
riali num. 71. & in propria specie ponderat
Larrea d. alleg. 52. n. 30.*

Cum itaque Magistratus maiores dicantur,
& præferendi sint; qui maiorem habent
26 administrationem; & iurisdictionem, &
auctoritate *Hofliensis, Geminiam, et Rotæ
Romana* respondit *Beetius conf. 161. in fine, &
alijs comprobant Natta conf. 638. num. 9.
quos refert Menoch. d. conf. 902. num. 61. et
seq. & qui maiora obtinent aspiciat, ut ait Sa-
belliens in Suetonico cap. 40. col. 2. lit. E. fol.
991. vbi Quæstores Brarij magistratus
27 minores vocat, quos a principio iuuenes,
& plebeios exercuisse constat, deindè ple-
beios; & nobiles, ut in d. l. unica ff. de off. Qua-
stor. et in d. l. 2. de orig. iur. Tacitus lib. 13. an-
nal. vbi *Iustus Lipsius in comment. Titus Linius
lib. 4. histor. fol. mihi 268. Boer in tract. de au-
thoritate magni Consilij num. 9. vbi exempli-
ficat in Thesaurarijs generalibus Franciæ,
proce etiam Faustus pro Arario class. 14.
28 conf. 73. et 74. perpetuò tamen iuuenum
ministerium fuisse habitum, primamque
hoc est infimam in Republica administra-
tionem; à qua prouehi ad maiores infulas
Brarij Quæstores procerabant, et primum
gradus honoris vocat *Cæro* relatus à *Cassa-
neo in Catal. glor. mand. par. 4. consid. 15. Rosin.
lib. 7. antiq. Rom. cap. 22. Tirac. de iure primò-
gen. q. 17. n. 47. absurdum est, ut inter maio-
res Magistratus, in d. maioribus præfesse
29 velint; nam quod successu temporis spe-
ctabilem, & illustrium virorum coram fue-
rit demandatum Quæstoris munus, præ-
sertim in Regno nostro; non ex hoc præ-
clarior alijs est, quibus subesse, vel patrij
legibus est sancitum***

Et

Et quod in secundo loco quandoque sederint in Regia Camera, magis personæ, quam muneri tribuendum est obtigisse, nam Thesauraria sine administratione non est dignitas, sed officium, vt tradunt *Rebuffus in praxi, tit. singulare beneficium quatuorplex n. 9. Petrus Gregorius syntag. lib. 15. cap. 39. Antonius Fabricius de re beneficiaria tit. de benef. cum dignitate num. 59.* & quod seclusa consuetudine, de iure comuni non sit dignitas, dicit *Cassaneus in Catal. glor. mundi par. 4. consil. 40. Michael Ferrus in tract. de preced. Eccles. q. 49. n. 2. et Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 27. num. 4. et seq. & post alios de Canoniciis dignitatibus cap. 18. num. 4.*

Nam puto, quod ex Collateralis Consilij dignitate, quæ aliquando particulari privilegio Thesaurarij generalibus concessa est, vel quia titularis fuerint, Principatus nepè, Ducatus, vel Marchionatus titulo insigniti, secundum locum quandoque obtinuerint in Regia Camera post Decanum ante alios Præsidentes, ex doctrina Abbatis in cap. *postulasti num. 8. de concessione præsidentis*, vbi Episcopo scholari in Gymnasio datur secundus locus post Rectorem, quem secuti sunt *Pelinus in Rubrica de maiestate, & obedientia, col. 2. & post eos Georg. alleg. 35. num. 9. Regens Constantius in l. 1. n. 17. C. de Consulibus lib. 12. Picardus cons. 51. nu. 145. inter cons. Menochij, & idè Menochius d. cons. 902. num. 15. vbi dicit, quod in Collegio Doctorum Mediolani Senator, qui collegiatus est, secundum locum habet post Rectorem in Cathedra, cum tamen reliqui sedeant in subsellijs, quod Neapoli non seruetur, ex privilegio Regiæ Ioannæ II.*

de quo testatur *Surgens d. cap. 27. num. 26. Fab. de Anna cons. 40. nu. 46. Dom. Reg. Constant. in d. l. 1. n. 19.* quamuis iuris magis consentaneum sit, vt sedens collegialiter, suo loco sedere debeat, quia Episcopus in capitulo interueniens, in Ecclesia in qua est Canonicus, tanquam Canonicus, non tanquam Episcopus sedet, ex *Glosa comuniter recepta in cap. de collatione de appellat. in 6. plura cumulat Freccia de subfeud lib. 1. cap. incip. alia fuit questio, Nauarr. cons. 1. & 4. de maiestate, & obed. num. 4. cum alijs per eundem Menoch de arbitrar. casu 68. n. 23. & cons. 51. n. 43. lib. 1. Gratian. discept. 1. 11. Io. Andr. de Georg. alleg. 35. nu. 9. & Gaspar Fabianus subscribens cons. sequenti, n. 156. Menoch. cons. 902. n. 72. & declarat *Surgens d. cap. 27. n. 16. & Reg. Constant. l. 1. n. 17. C. de Consul. lib. 12. & alios allegat Christophorus Bèfold. in dissertatione de precedentia cap. 2. n. 15. & Barbosa in collect. ad cap. de collat. n. 4. de appellat. in 6. & declarat in collect. ad Concil. Trid. sess.**

25. de reform. cap. 6. n. 46.
Hinc habemus, quod Archipresbyter, qui Archidiacono maior est in ordine, ex cap. 1. 35 de offic. Archipresbyteri, & notat *glos. in can. in nouo 21. distinct. & in §. hic autem, Auth. de sanctissimis Episcopis, & Io. Anania in cap. ad deliberandum, de Iudeis, Archidiacono tamen, qui maior est in administratione, postponitur Glos. in cap. deliberatione de offic. legati lib. 1. vers. pro textu, eadem glos. in can. perlektis 25. distinct. ibi: Archipresbyter verò se esse sub Archidiacono, eiusque preceptis, &c. & probat *Tex. in cap. 1. de etate, & qualitate, & in cap. 1. de offic. Archipresbyt. Boerius d. loco num. 73. latè Aloysius Riccius in praxi fori Eccles. tit. praxi precedentis, decis. 355. vbi Thorus in addit. alios refert, & scribit Menoch. cons. 51. cons. 257. ex nu. 60. & cons. 902. nu. 19. qui ex lasone cons. 192. num. 2. & alijs declarat, quando cum administratione concurrat etiam iurisdicchio, quemadmodum de Archidiacono, dicit *Glos. in d. can. perlektis, verb. iurare; nam alias maioritas ordinis, & iurisdictionis praponitur administrationi temporalium, vt decidit Rota Romana in nouis, tit. de elect. decis. 4. alias 451. quæ sub tit. de prebendis est decis. 11. alias 173. vbi etiam voluit, quod in Ecclesia Cathedrali, Thesauraria de iure comuni non sonat in nomen dignitatis, vt Archipresbyteratus, in cuius locum regulariter succedit Decanus, idem officium exercens, vt quandoque confundantur, *Can. in cap. 50. distinct. notatur in cap. ministerium de offic. Archipresbyt. glos. in cap. cum inter, verb. ad decanum de elect. vel Archidiaconatus, propter iurisdictionem, & præhemi-nentiam quam habent, quia solum habentes administrationem rerum, vt Thesaurarij sine prærogatiua, siue iurisdictione, non videntur in dignitate constituti, sed in officio, sed si habent administrationem, & iurisdictionem, vt Camerarius Papæ, tunc est dignitas, & hoc verificatur in Dominis Præsidentibus, qui vtramque habent circa idem ministerium, & propterea sunt in dignitate constituti, & Thesaurario præpositi, ille enim, & si maiorem alias haberet dignitatem Consilij Collateralis, at tamen quia ratione officij subest Dominis Præsidentibus, eorumque præceptis, debet prorsus in Collegio postponi, quia dignitas illa collateralis, vel titularis est extra officium, & quoad Thesaurariam, prout est ministerium Regiæ Cameræ non considerabilis, vt multis fundant in simili *Menoch. cons. 257. num. 60. Regens Rouitus cons. 84. num. 7. & alij quos infra referam; Et si quis vltus sedendi post Decanum adfit, corruptela.*****

39 potius dicenda est, quam vsus, & consuetudo, ex quo iuri comuni, & honestati repugnat, quod dignitate minores maioribus præferantur, vt in materia prælationis contra irrationabilem consuetudinem docuit Abbas in *cons. 21. num. 4. lib. 1. Felinus in rubr. de maiorit. & obedientia, Rebuffus in praxi benefic. & de Vicario Episcopi, num. 7. & cum alijs idem Menochius d. cons. 902. n. 7. Grammat. decis. 64. n. 34. Ioseph Ludou. decis. 125. & 310. Sarmiento lib. 7. select. cap. 17. Christoph. Besoldus in disert. de præcedentia cap. 3. in princ. P. Franc. Bordonus tom. 4. in theatro præcedentiarum, num. 532. & 533. late Larrea alleg. fiscal. 50. n. 8. to. 1. Riccius in praxi tit. praxi præcedentia decis. 551. & 552. vbi adducit declarationem Sac. Congregationis reprobantem consuetudinem contra ius, idem Riccius collect. 1446. col. 2. in fin. & col. 3. sequitur Michael Ferro Manriquez in tract. de præcedentia q. 10. n. 9. Gratian. c. 298. n. 99.*

Ex quo dicendum est, quod non satis iuridicè fuit Episcopo Bisiniui, electo Consiliario S. Claræ, concessus secundus locus post 40 Præsidem, & benè dicebas *Vinceptius de Franch. dec. 138.* fuisse contra eius opinionem, quia Rotæ Romanæ Auditores qui Episcopi sunt, suo loco sedent, non inspecta dignitate Episcopatus, vt testatur *Stefanus Gratian. discept. for. cap. 845. n. 44.* nisi dixeris id Consiliarios fecisse propter dignitatem Ecclesiasticam, & Sacerdotalem, qua nulla maior est, ad *tax. in l. sunt hæ personæ, ff. de religiosis, et sumptibus funerum, Andreas de Isernia in rub. Imperator Lotarius n. 1. et 2. Surgens cap. 27. n. 35.* & præsertim Episcopatus, qui est culmen omnium dignitatum, *Archidiacon. in cap. licet de præbendis in 6. vbi etiam glosa, Picardus apud Menoch. cons. 52. n. 118. et 136.* & non reperitur ordo maior Episcopatu, vt dicit *Boerius d. tract. n. 57.* vnde Papa ex ordine se vocat Episcopum, vt notatur in *prohem. decret. lib. 6.* quam rationem adduxisse postea reperit *P. Franciscum Bordonum in theatro præcedentiarum num. 198.* qui etiam cum *Barbosa in collect. ad Trident. sess. 25. de reformat. cap. 6. nu. 46.* distinguit in Episcopo sedente vt Canonico in capitulo, vel sedente in Collegio, nempe quod in capitulo, tanquam inter Ecclesiasticos, & subiectos, possit secundum locum obtinere, non tamen in Collegio, in quo nullum ius habet inter collegiatos, quia tunc non secundum, propter ordinem episcopalem, sed proprii locum, vt collegiatos iuxta tempus suæ receptionis, siue aggregationis in Collegium obtinebit, ad quod multos etiam allegat

idem *Barbos. in tract. de Canonis, et dignit. cap. 18. n. 32. cum seqq.*

Duplex enim est in dignitatibus ordo, vnius prioritatis temporis, alius maioritatis honoris, tempus verò operatur inter æquales, at si qui inæquales sunt ratione alterius dignitatis annexæ, non attenditur prioritas temporis, sed maioritas dignitatis, *tex. est in l. 1. C. de Consul. lib. 12 in l. omnes, C. vt dignitatum ordo seruetur, in l. 1. C. de Prefect. sacrorum Cubiculariorum in fine, in l. vnicuique C. de proximis sacrorum scilicet, et in l. fin. C. de decurion. cod. lib. tex. cum sua glos. in cap. statum de maiorit. et obed. et in can. 4. 16. dist. 8. Ioannes de Platea in d. l. 1. n. 12. C. de Consul. n. 12. et Iacobus Rebuffus ibidem n. 2. Lucas de Penna in rubr. vt dignitatum ordo seruetur, Peregr. cons. 3. n. 39. vol. 2. Reg. de Ponte decis. 8. in princ. Cam. de la Ratha cons. 87. nu. 13. Episcopus Riccius in collect. dec. 1446. in princ. P. Franciscus Bordonus tom. 4. tit. de præcedentia Canon. Lateran. cap. 1. n. 66. quod ego multis DD. relatis exornavi in dicta allegatione, quam typis tradidit noster eruditus. Regis Cameræ Archiocha Nicolaus Topius d. par. 3. de orig. Tribunal. fol. 450. et 465. n. 40. quibus nunc addo *Georg. alleg. 35. n. 1. Rouit. cons. 84. d. n. 1. ad 11. to. 1. Dom. Reg. de Ponte cons. 14. n. 38. et D. Ioannem de Solorzano in d. memoriali præcedentia Consilij Indiarum n. 50.* At dignitas annexa non debet esse extrinseca, sed intrinseca in eodem 44 genere administrationis, vt diximus, & pluribus comprobatur idem *D. Regens, et Locumtenens Marchio de Centeglias in elegantis disceptatione legali, et historica similiter de præcedentia n. 8. et 18.* siue qualitas, quæ ratione officij dignitatem, siue maioritatem præstet, vt Platea, & Lucas locis citatis declarant, & sequitur *Anna cons. 121. num. 42.* & inde est quod dignitas titularis, vel Collateralis Consilij, quæ extrinseca 45 est, & à ministerio Thesaurariæ separata, non attenditur quoad prærogatiuam huius officij, ex traditis superius, & per DD. relatos per *Peregr. cons. 3. n. 31. vol. 2. et Calefatum de equestri dignitate n. 82. quos refert Christophorus Besoldus in disertatione de præcedentia c. 2. n. 15. Bordonus in tract. præcedent. n. 199. Gratianus discept. for. cap. 106. in princ. Rouit. d. cons. 84. nu. 7. Loffredus in cap. omnes filij fol. 34. si de feudo defuncti militis, et Fabius de Anna cons. 122. n. 1. lib. 2. dicentes, quod de essentia Consilij non est necessaria qualitas tituli, quia est dignitas non pertinens ad officium, & propterea non considerabilis in Collegio, quia non ordinatur ad illum actum, vt dicit *Maur. alleg. 50. num. 14.* quæ doctrina vera est, sed male**

malè per nostrates applicata, & confusè tradita præsertim per Consulentes, vt patet apud Reg. de Ponte cons. 14. lib. 1. Fab. de Anna cons. 40. lib. 1. et cons. 122. lib. 2. Georg. alleg. 35. Menoch. cons. 51. n. 31. Peregrin. d. cons. 3. vol. 2. neofælicior Reg. Constantius in l. 1. ex n. 11. ad n. 24. C. de consul. lib. 12.

Nam illud verum est; & firmitè tenendum quod in collegiis inter æquales iurisdictione, suo administratione non attenditur maioritas, sed antiquitas ministerij, l. 1. C. de Consul. l. 2. C. de Præf. Prator. l. 1. Cod. de præpositis sac. cubicular. lib. 12. cum concordantibus, apud Tiraquell. de iure primogen. in præfatione num. 79. Franc. Marc. decis. 806. num. 1. et 8. Larrea d. decis. 51. num. 4. Christoph. Besoldus in dissertatione de præcedentia cap. 3. num. 4. Mastrill. lib. 5. de magistr. cap. 4. num. 9. Marcelli; de Mauro alleg. 50. num. 9. Dom. Regens, et Locumtenens Marchio de Centeglias in d. defensione iuridica de præcedentia ex nu. 11. ad 22. vbi doctissimis observationibus illustrat, et declarat l. 2. vñ dignitatum ordo seru. lib. 12. nec dissentit D. Reg. D. Franciscus Ortiz in discursu de eadem num. 89. vbi præter alios addit Alciati de præcedentijs num. 188. et Cosciani eodem tractatu resp. l. num. 55. et 56 eoque iure vtiuntur tam in Regia Camera, quam in Sac. Consilio Sanctæ Claræ, & in Collaterali Consilio Iustitiæ, siue Cancellaria inter Dominos Regentes, inter quos nulla gradus prærogatiua seruata collegialiter, & suo ordine sedent, quemadmodum DD. Præsidentes, & Consiliarij, quamuis extra Consilium eam benè vtantur, & præcedentiam habeant etiam in ingrediendo, & exeundo à Tribunali, ac etiam ratione dignitatis in omnibus actibus publicis præferantur, vt dicit Reg. Constant. in d. l. 1. nu. 34. C. de Consulibus, D. Capyc. Latro consult. 43. num. 19. et 31. no. 1. quod alijs relatis fundauit in dicta allegatione apud Topium num. 41. addo Surgentem de Neap. illustrata cap. 33. num. 39. et cap. 27. nu. 19. et 22. et Dom. Reg. Ronit. cons. 84. num. 7. Et maioritas gradus, siue dignitatis seruatur tantum in Consilio Collaterali status, & belli, in quibus Consiliarius iunior citatus præfertur non titulato antiquiori, non habenti aliam dignitatem, & hoc ex particulari priuilegio Regis Caroli, Reg. de Ponte cons. 14. num. 38. Fab. de Anna d. cons. 122. num. 31. lib. 2. Georg. d. alleg. 35. quamuis alij dicant Regis Catholici, vt testatur Surgens de Neap. illustr. cap. 27. nu. 19. ad 23. Ronitus cons. 84. n. 8. & ex antiqua consuetudine dicit Dom. Capyc. Latro consult. 43. nu. 27. et 27. tom. 1. & nihilominus in Consilio Collaterali vnito, in quo plures classes

dignitatum sunt, etiam prioritas, & vetustas attenditur functionis, ex l. 1. ff. de albo scribendo, l. omnes 2. C. vt dignitatum ordo seruetur, et dicit Constantius in d. l. 1. num. 12. exceptis magnatibus illis Collateralibus, qui septem Regni officia exercent, in quibus etiam maioritas attenditur, siue prærogatiua dignitatis, ex Fabio de Anna d. cons. 122. in fine, et post Frecciam Ronitus cons. 84. n. 13. Dom. Reg. de Tapia decis. Supremi Italiae Senatus 22. ex n. 26. ad 33. & post eos primam classem constituunt Collaterales titulo decorati, vbi confusis titulis præcedit antiquior; secundam Domini Regentes non titulati eodem ordine, deinde Collaterales alia dignitate titulari, vel regie Cancellariæ præstantia non insigniti, & similiter temporis prærogatiua seruata, vt post Surgentem Frecciam, et alios late scribit Reg. de Ponte decis. 8. et D. Reg. Capyc. Latro consult. 43. Constantius in d. l. 1. n. 12. et 33. C. de Consulibus lib. 12. et Dom. Reg. de Tapia qui omnes casus distinguit d. decis. 21. loco cit. Ronit. dict. cons. 84. per totum, et Dom. Regens Locumtenens in d. discept. de præcedentia n. 224, ab hoc autem Consilio Status, ad reliqua Consilia, & Tribunalia inferre non possumus, quia est confundere iuris, & moris regulas, quæ admodum ex supra relatis apud multos obseruari licet, nã quæ ex particulari dispositione, & priuilegio inducta sunt, in consequentiam non rectè trahuntur, cap. in causis, de sent. et re iudicata, notant DD. in l. iura ff. de legibus, et in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testamentis.

Vnde quod de Episcopo Consiliario dictum est, intellige iuxta prædicta, nempe quod præcedat, vbi seruatur maioritatis ratio, non autem temporis, vel quando esset in sua Ecclesia vt Canonicus, & Episcopus, nam in alia Ecclesia secus, secundum Præsidentem de Franch., et addentes ad eum d. decis. 38. idem dicunt Canonistæ, & præcipuè Dominic. in cap. de collatione col. vlt. n. 6 et 7. de appell. in. et ibi Philippus Francus n. 4. et alij multi apud Gratianum d. cap. 106 n. 3. et 4. vbi dicit seruari consuetudinem dictæ maioritatis, vel prioritatis, quod multis fundat, & comprobat Menoch. cons. 51. per tot. præcipuè num. 36. 49. et seq. et Picardus cons. sequenti, et num. 170. ad finem, Dom. Reg. Ronitus d. cons. 84. num. 11. lib. 1. et cons. 103. n. 5. lib. 2. Dom. Capyc. Latro dec. 181. num. 18. et seq. lib. 2. multos allegat Amaya ad titulum C. de Decurionibus lib. 10. cap. 3. nu. 40. et Larrea alleg. 52. num. 19. Et quando dignitatis ratio attenditur, tunc secundus locus Episcopo concedi posset post Decanum, si Collegij Præsidentem, vt habetur ex Geo. d. al-

d. alleg. 35. n. 11. quæ ratio in S.C. S. Claræ non viget, vt dictum est, quamuis dignitas sit à persona inseparabilis, & Fabius de Annà *d. conf. 40. lib. 1.* vbi scripsit pro Diomedæ Carafæ, qui erat Thesaurarius generalis, & Collateralis Consiliarius, & præferri volebat alijs quinque nobilibus sedilibus Nidi, tanquam vnus ex eis maiorem dignitatem habens, non potuit obtinere, quod etiam refert *Dom. Reg. de Tapia d. dec. 21. num. 34.* & ante eos *Surgens d. cap. 27. num. 26.*

Sed consideremus personam Thesaurarij non vt Collateralem, sed vt simplicem ærarij Quæstorem, & in eodem ordine, & administratione Regij patrimonij cum DD. Præsidentibus, quamuis Regens de Ponte *conf. 49. n. 63. to. 1.* dicat, quod nec etiam **55** est officialis Regiæ Cameræ, sed minister pecuniarius, habens separatam, & distinctum officium, & sine dubio attenditur maioritas illa, quæ habet qualitatem à iure magis ponderatam, hoc est exercitium iurisdictionis, quam Thesaurarius non habet, nam sicut attenditur maioritas in quantitate, multo magis attendi debet in qualitate, quæ vincit ipsam quantitatem, & in qualitate præfertur illa, quam lex habet in **56** maiori æstimatione, quemadmodum est administratio cum iurisdictione coniuncta, prout comuniter ex glosa in *cap. deliberatione, verbo electionis, de officio legati, tenent. Hostiensis in summa de maiorit. & obedientia, §. primo, vers. dispensationis, Archidiaconus in cap. 1. num. 2. de consuetudine in 6. & in can. quamquam 2. q. 7. Geminianus tam in d. cap. 1. quam in d. cap. quamquam, Turcremata in can. Episcopus 17. distinct. Ioannes Andreas in cap. de multa de præbendis, vbi etiam Antonius de Butrio, Abbas, & Cardinalis Zabarella, qui ponunt exempla pariter in Archidiacono respectu Archipresbyteri, & Vicarij respectu Archidiaconi, & sequuntur *Iason. in l. de quibus, n. 6. 40. & 77. ff. de legibus, Roccus de Curte in tract. de consuetud. num. 110. & Petrus de Rauenna in eod. tract. c. 6. n. 42.* sequuntur idem dicentes *Berous conf. 22. n. 20. & seq. lib. 1. Ruinus conf. 159. n. 11. lib. 4. Bertrandus conf. 77. n. 8. lib. 2. Rebuff. in praxi beneficiorum; tit. de Vicario Episcopi, num. 7. Lancellottus Corradus in templo omnium Iudicum, lib. 2. cap. 6. n. 14. & 15. Ant. Gabriel tit. de presumption. conclus. 1. num. 37. Cardinalis Iacobacius de Concilio conclus. 1. lit. B. fol. 67. Menoch. conf. 903. n. 61. Gammarnus de officio legati lib. 3. n. 109. Stafilus in tract. de literis gratiæ, de modo, & forma impetrationis, n. 14. Et de Vicario contra Archidiaconum, ex quo habet maiorem ad-**

ministrationem cum iurisdictione, fundatè late *Cuccus in tract. de Vicario, & latius declarat Grauan. discept. forens. cap. 111. per tot. & Aloysius Riccius in praxi, tit. praxis precedentia decif. 556 & melius collect. 1446. col. 2. Bordon. in theatr. precedentij n. 232. & antea docuit idem Abbas conf. 21. per tot. vbi **59** ex hoc fundamento Vicarij partes contra Archidiaconum comprobauit, & tuentur etiam *Cassaneus in catalogo gloria mundi p. 4. confid. 44. & 46. & p. 5. confid. 47. Boerius in tract. de autoritate magni Consilij n. 227. Io. Franciscus Ripa lib. 1. resp. cap. 23. n. 13. Petrus de Monte in sua Monarchia in rubr. ordo assistentium consilio n. 2. & 3. Author Curia Pisana lib. 2. c. 2. & ibi Azuedus n. 19 qui refert motum proprium fellicis recordationis Pij V. pro Vicario Ecclesia Placentina, & Antonius de Petris de iurisdictione Episcopi c. 6. nu. 41. apud quos omnes id pro certo est, quod in **60** eadem Ecclesia, siue Collegio, qui maiorem habet administrationem, regulariter præfertur, vt per DD. relatas à Larrea d. alleg. 51. n. 18. & latissime D. Ioannes de Solorzano in d. memoriali superius citato ex n. 37. Ricc. in praxi tit. praxis precedentia dec. 556. n. 6. Peregr. conf. 5. n. 55. vol. 2. Pater Franc. Bordon in theatr. preced. n. 37. tom. 4. & inter administrationem habentes, qui maiorem, & nobiliorem, *Marcell. de Mauro d. alleg. 50. n. 5. & 6.* vtpote cum iurisdictione coniunctam, & sic omnibus dignitatibus Eccle- **61** siasticis, & administratione rerum Ecclesiasticarum, illa quæ iurisdictionem habet, semper antecellit, *can. volumus 86. distinct. cap. diaconi 100. distinct. quod Geminianus, Io. Andreas, Butrius, & alij superius relati vnanimiter tradiderunt, & pariter Ananias in cap. ad deliberandum de Iudeis, Decius in cap. sane de officio legati, n. 19. & in cap. cum venerabilem de except. Felinus in rubr. de maioritate, & obedientia n. 1. Purpuratus in l. 1. num. 23. & 181. ff. de officio eius. Aretin. conf. 23. nu. 1. Rota Romana d. decif. 11. alias 173 sub tit. de præbendis in add. & Larrea post multos d. alleg. 52. ex num. 25. Boerius decif. 286. n. 2. Sarmiento selectarum interpretationum lib. 7. cap. 17. & Conjaluas de Villadiego in tract. de legato p. 1. q. 9. n. 14. & seq.***

Cum itaque DD. Præsidentes in eodem ordine, & collegio, & ministerio regalis patri- **62** monij maiorem habeant administrationem, & nobiliorem, siue superiorem ex iurisdictione, non tam in alios, quam in eundem Thesaurarium, omnes eum antecedere omnino debent, atque præferri, vt tenet *Lanarius conf. 72. num. 3.* & collegialiter conuenientibus non secundus, sed vicinus locus ei tanquam Thesaurario dandus est, ho-

honor enim superiori debetur, & in sedis
 63 prelatione consistit, *cap. cum olim, de consuetud. Casianus par. 7. confid. 24. scripsi latè in allegatione pro Regia Camera in principio, relata per Topium par. 3. d. fol. 430. et alijs exornat Dom. Capyc. Latro decis. 181. num. 1. lib. 2. id autem cum interuerti vidissent DD. Præsidentes, qui superiores sunt, nū mirum si protestationem proposuerint,*

64 quia maioris locum occupare quasi sacrilegum est, *secundum Bald. conf. 536. vol. 1. et Angel. conf. 111. Garf. Tolet. ad tit. de dignitatibus ordo seruetur, n. 7. & contra maiorem nemo præsumat honorem, inquit Sapiens, & qui malè sederit, iniuriam fecit cathedre, dicit text. in c. multi 40. distict. Undè in locum, ex quo incidenter emerferit, reuertatur, ait Imperator in l. neminem, C. de offic. magistr. offic. quia non in pristinum, sed in nouissimum locum post omnes, *tex. in cap. precipimus 94 distict. Girardus de Petris Sancta sing. 38 et Romanus sing. 391. quod congruit doctrinæ Saluatoris nostri, Mattheus cap. 13. et Lucæ 12. & fundat latius Boetius loco cit. n. 40. qui etiam n. 120. dicit, quod coram Rege Galliarum quatuor genera-**

65 les Theaurarij sedent post omnes magistratos requestarum domus regalis, & Cassianus in catalogo gloriæ mundi, par. 7. confid. 15. quod hi quæstores, siuè Theaurarij generales in Gallia, qui alios Theaurarios habent post se, omnes sunt sub Camera computorum, idem refert Gugliel. de Benedicis in cap. Raynutius, verb. et uxorem dec. 2. n. 218. vbi addit subesse Præsidentium Camere compusorum authoritati, & decreto, & Petrus Gregorius syntagm. par. 1. lib. 3. cap. 2. n. 14. scribit in locum Præsidentium ararij sunt hodie les generaux des fermes, quibus subsunt Tribuni ararij, quos receptores generales dicunt, et exactores, seu coactores particulares; & in dicto Regno empetitias etiam fuisse redditas has quæsturas conqueritur

66 Faustus pro Arario dicta classe 14. conf. 73. & 74. Quæ exempla si nos non fallit nominum, & officiorum etymologia, benè ad rem nostram conferunt, quamuis ex alijs Regnis ad nostrum in neutram partem in-

67 ferre ex his, vel alijs necessario non possumus, ex *leg. l. Papinianus exuli ff. de minoribus sum concordantibus* quin quælibet provincia suo sensu abundat, *l. labeo in princ. ff. de suppellet. legat. cum concordantibus, & consuetudo in vnoquoque inspicienda est, quæ in hac materia plurimum valet, vt supra dixi, & probat cum alijs inferius citandis D. Conf. Marcius conf. 38. num. 10. to. 2. vbi nepos Dom. Regens D. Marcellus Marchianus nomen renouat, in florenti ætate do-*

ctinam æquat, & meritò dignitatem atget, utpote ad Supremum Italianæ Consilium euectus, quod Pontificium literati honoris
 68 est, vt Symmachus de Candidatorum quæstura dicebat *lib. 2. epistola 17. & Calsiodorus lib. 1. ep. 12. quos Principis latus illustrat, l. iuris peritos ff. de excus. tutor. Frec. de subf. lib. 1. tit. de offic. magni Cancell. num. 59. fol. 53. Surg. d. cap. 27. in princ. D. Reg. de Tappia de præstantia Regia Cancell. tit. de prerogativa n. 10. Tasson. vers. 3. obseru. 3. & alibi Sacerdotium quoddam vocat, Calsiodorus lib. 5. form. 3. & gloriam literarum lib. 6. form. 5.*

At moribus Regni nostri non aliter inualuit, nam inter officarios regios Theaurarius nullum habet Imperium, nullam iurisdictioni
 69 cendi facultatem, quia iurisdictionem non habet, & hoc non est in controuersia, & si quid agit, quod ministerium sapiat, est ex facultate tributa per Camera, eiusq; instructiones, quas exequitur, & quod non veniat appellatione officialium, nec habeat iurisdictionem aliquam, quemadmodum DD. Præsidentes, sed simplicem administrationem sui officij, quod pecunia ab eo comparatur, cum id veniale sit, latissimè fundant *Dom. Reg. Lanarum conf. 43. per totum, precipue ex num. 17. Dom. Reg. de Ponte conf. 49. præsertim ex num. 55. & Camill. de Media conf. 180. num. 16. & 17. qui omnes scripserunt in causis Theaurarij generalis, pro cuius defensione, vt illud includerent in indultu, qui excluderat regios officiales,*
 70 probarunt illum non esse officialem, sed simplicem ministerium pecuniarium, & iurisdictionem non habere, idem tradit *Mastrilli in tract. de indultu cap. 36. num. 20. et cap. 40. n. 5. quos sequitur Tassonus d. obseru. 3. Tribum. 12. num. 362. & scribit Fragoso de regim. Reip. Christ. par. 1. lib. 7. disp. 22. tit. de præfatis fisci, sine Theaurarijs, & Quæstoribus ararij, n. 7. vbi generaliter fundat hos Theaurarios generales non habere iurisdictionem, neque cognitionem aliquam, cum hæc pertineat ad officiales regij patrimonij, sed esse meros exsecutores, & nudos*
 71 ministros, & ita lege Lusitanis declaratum esse, & in illo Regno seruari, ex quo etiam sequitur, quod si Theaurarius nõ habet iurisdictionem, nec etiam habet votum, nam ius non redditur sine mandata iurisdictione, *tex. est in l. qui neque ff. de iudicijs, & in l. 3. C. de iurisd. omni. indic. cap. pastoralis in fine de rescriptis, l. 1. & ibi Baro. ff. de iurisd. omni. indic. Abb. in cap. ex parte n. 6. de officio delegati, Sebastianus Medicus de definitionibus de fin. 18. n. 32. hinc bene dicebat Camill. de Medicis d. conf. 250. n. 27. quod tota iurisdictione*
 Dio

72 *Q*uo in solidum est penes Regiæ Cameram, dempta persona Thesaurarij, quod ex Salyceto, Francisco Arcino, & alijs fundat, & n. 3. dicit, quod Regia Camera sola est, quæ gubernat Regium patrimonium, de de cuius authoritate, & præheminentia late agunt D. Reg. Galeota d. resp. 1. & 2. per tot. & D. Conf. Pratus cent. 1. pract. obser. 50. num. 14.

Et nihilum refragatur traditio Marci Antonij Surgentis de Neap. illustr. cap. 27. à quo 73 alij exceperunt, vel eo citato, vel non relato, aut malè intellecto; dicit Surgens n. 43. in fine, & num. 45. quod Thesaurarius generalis sellam habet in Collaterali Consilio, in quo die Veneris convenit Regia Camera, pro rebus regium patrimonium concernentibus, & suffragandi ordo is est, vt primo dent votum DD. Præsidentes, tum Thesaurarius, tertio Locumtenens, tandem DD. Regentes tanquam digniores, & in paritate votorum dantur adiuncti, qui omnium ultimi suas ferunt sententias, & dicitur Thesaurarius, quamuis in Collaterali Consilio ita sedeat coram Excellentissimo Prorege, in Tribunali tamen Regiæ Cameræ, vbi eadem die solet de mane convenire, sedet ad lævam manum Domini Locumtenentis, primus enim ad dexteram sedet, Præses Decanus. Idem scripsit eo tamen non citato circa sessionis ordinem, & suffragandi ius Dom. Reg. Galeota resp. fiscal. 1. n. 14. Tassonus autem nemine pariter relato in prag. de antefato vers. 3. obser. 74 3. trib. 12. n. 356. maiori labitur absurdo, dicens quod Thesaurarius tam in Regia Camera, quam in Collaterali Consilio, in quo sellam habet, præcedit Decanum Cameræ; nec est alius Doctor huius Regni, quem viderim, qui de hac re tractatum habeat, excepto Domino Consiliario Rocco in lib. de offic. rubr. 17. §. 4. num. 32. vbi inter eos, qui coram Prorege, & in Collaterali Consilio sellam habent, connumerat generalem Thesaurarium, sed de concursu Regiæ Cameræ nihil dicit.

75 His enim satisfit primò, quod Surgens quemadmodum erravit in eo, quod dixit dari adiunctos in Collaterali Consilio, quando cum eo convenit Regia Camera, sic ponit in alijs labi memoria, vel aliorum relatione, nam absolutum est, quod in Regia Camera non dantur adiuncti, quando DD. Præsidentes sane in paritate votorum, sed profertur sententia pro reo, ex tex. in l. inter pares ff. de re iudic. & in cap. fin. de re iudicata, Praef. de Francb. decis. 252. Reg. de Ponte decis. 31. num. 7. Dom. Reg. de Tapia dec. S. C. 46. nu. 1. Reg. Rousius in prag. 1. §. 6. de causis

76 *d*ecidendis, & conf. 102. n. 17. lib. 2. Reg. Galeota respons. 29. nu. 38. Praef. de Amato conf. 27. nu. 2. etiam si votaret in Collaterali Consilio, prout fuisse declaratum refert Index Tassonus ad dictam prag. de antefato vers. 3. obser. 3. num. 112. etiam si fiscus sit reus, vt dicit Reg. Rousius conf. 102. num. 18. quod ego latius fundavi præteritis annis, & allegationes typis impressæ apud multos sunt, & consultavi, siue declaravi alium errorem, dicitur Marci Antonij Surgentis cap. 25. sub n. 28. qui dixit, in Regia Camera concurrente paritate votorum in causa fiscali, contra fiscum pronunciatum esse ceteri, ex styli viribus tandem recepti, cum iam appareat ex praxi, & tot insignium virorum testimonio non contra Fiscum, sed contra reum esse pronunciatum, & quamuis intelligeret contra Fiscum actorem, quia exemplificat causas fiscales, cum causa dotis, & libertatis, iuxta tex. in d. l. inter pares, & in d. top. fin. nihilominus etiam sibi ipsi contradixisset in eo, quod voluit dari adiunctos, ex quibus 77 apparet Surgentem non esse in omnibus Evangelistam, prout in iure feudali de nostro Andrea, propter eius certam, profundam, & incomparabilem doctrinam, communiter feudistæ testantur, de quibus Billa conclus. 1. feudali n. 3.

At supponamus non errasse eruditum hunc Iuriconsultum, fatissit secundo, intelligendum esse de adiunctis S. C. tantum, cum de omnibus Consilijs, Collateralis nempe, Cameræ, & S. Claræ mentionem fecerit, tam dicto cap. 25. quam 27. & de Thesaurario 78 pariter sellam habente in Collaterali Consilio, non tanquam Thesaurario, sed tanquam Consiliario Collaterali, si huic supremo muneris particulari privilegio fuerit allectus; & in effectu loquitur Surgens de Thesaurario generali Diomede Carafa, quem in supra relata questione num. 25. dicit fuisse Collateralem Consiliarium, quemadmodum fuit etiam Marchio Gruttulæ, pro quo scripserunt Regens de Ponte d. conf. 49. num. 63. & Medicus d. conf. 150. illum verò, cum esset de utroque Consilio, Collaterali scilicet, & Cameræ, vtrisque concurrentibus coram Excellentissimo Prorege, in maiori consedisit, an iure fecerit, si collegialiter iuerit cum Camera, non dissero, & eadem ratione, si in Regia Camera secundum locum verè, aut rectè obrinuerit, iam dictum est; Dominus autem Galeota scripsit pro Gentili suo Don Fernando Goron Capycio Galeota Regni Thesaurario generali, qui similiter fuit, & est Collateralis Consiliarius, quo privilegio non fuit insignitus Ioannes Baptista pater, fuit etiam The-

Theſaurarius, ſed non de Collaterali Conſilio, & ſic patet clara differentia, & ratio traditionis, nam ſimplicem Theſaurarium non eſſe de hoc Conſilio notum eſt; Eoque ſenſu eſt accipiendum, quod voluit D. Roc-

59 cus, qui teſtatur de teſtimonio *Surgentis cap. 23. n. 28.* vbi agit de his, qui prærogativa ſedendi in Collaterali Conſilio in ſella potiuntur coram Prorege, & inter eos Theſaurarium Regni locat, quod nihil ad rem facit, nam non agit de eius intervenſu, quando collegialiter convenit cū Regia Camera in Collaterali Conſilio, imò quando ſolus accedit, intelligendus eſt, nam eum exemplificat titulari dignitate, vel magis Crucis Hieroſolymitanæ inſignito, habentibus in prætorio Principis ſellam.

70 Ut autem id evidenter appareat, Frecciam videndum adduco, nihilo minus ac Surgentem antiquitatum, & horum rituum ſummopere ſtudioſum, quibus in iure dicundo in parlamenti, & in Aula Regia Magiſtratus, & Regni Proceſſes inter ſe conveniunt, & præcellunt, qui de *ſubſeudiſ lib. 3. art. 1. ex n. 19.* ſimiliter ponit ſedendi ordinem in Collaterali Conſilio, & eorum omnium ſeriem, qui in eo poſſunt convenire, & dicit primò ſedere DD. Regentes, ſecundò Præſidem S. C., tertio Locumtenentem Regiæ Camere, quartò Conſiliarios ſtatus, & belli, ſive militares, quinto Scribam portionis, tanquam Mareſcallum, & in Theſauraria intervenientem, & ultimo Secretarium, & non ponit Theſaurarium, ſed Scribam portionis in Theſauraria intervenientem, nam re vera Theſaurariæ officium Scribæ portionis liberantiæ obnoxium eſt, & mandato; imò nec ſolvere, nec acceptum referre quicquam poteſt abſq; officiali per Scribam portionis in eadem Theſauraria deſtinato, *pragm. 3. in fine §. 7. & pragm. 4. §. 2. de officio queſtoris;* Ecce ergo quod de natura officij non eſt

81 Conſiliarius, nec ſedet, aut intervenit in Collaterali Conſilio tanquam Theſaurarius, nam utique Freccia id referre, & annotare non deſiſſet, ſtandum eſt ergo enumeratis, & ultra eos non trahetur, ad *tex. in l. 1. 2. & 3. de ſupelleſtili legata, l. queſtum, §. penult. de fundo inſtructa, l. ſi verò, §. de viro, ſ. ſoluto matrimonio, & tradita per Andream in cap. ſi qui miles, verſ. & ſi filius fratris, n. 2. in fine tit. Imperator Lotarius.*

82 Quod amplius probo, quia ſi Theſaurarius eſſet de Collaterali Conſilio, iuraret quem admodum alij Collaterales Conſiliarij, in manibus Excellentiffimi Proregis, ut tradit *Dom. Capyc. Latro deciſ. 154. n. 29. et 48. lib. 2. ſed iurat in manibus Domini Locumte-*

83 nentis, ut Miniſter Regiæ Camere, & de hoc Conſilio, non autem de Collaterali; Quin Taſſonus loco citato dicit, quod nec iuramentum ei datur, ibi: *Nec in inſtructionibus ei per Regiam Cameraſ datis inſiſtentiſ aliqua communicata videtur, nec iuramentum ei datur, ſed ſolummodo illis ſe ſubſcribere, quod ſi datum reperitur, vel per errorem irreperit, vel non erit profectò ſub eadem formula, qua officialibus iuſtitiam adminiſtrantibus, ſed de benè, & fideliter adminiſtrando, & de ſervando inſtructiones ſibi datas, & per ſubſcriptionem accepto latas, & ſervari promiſſas;* Hinc eſt quod in regionum reſcriptorum ſuperſcriptione non datur ei

84 titulus Conſiliarij à latere, ſed tantum de Conſilio, quam ſubſcriptionem eſſe magni momenti in dignitatum agnitione, probat *tex. in l. 1. ff. de Conſtit. Princip. & notat Boerius loco citato num. 76. et ego multis reſatis comprobavi in principio diſtarum allegationum, quas poſuit Topius d. par. 3. fol. 340. addo Picardum inter conſilia Menochij d. conſ. 52. num. 153. et eundem Menochium d. conſ. 902. n. 18. nec ipſemet Theſaurarius in ſuis conſulis, & ſcripturis titulum Collateralis unquam ſibi aſſumere præſumpſit: Quod ſi ita eſt, nec pars unquam hoc prætere, nec ſibi arrogare potuit, quomodo in quæſtionem deducendum eſt, quod nullatenus dubitandi rationem unquam habuit, nec in præteſſione Theſaurariorum fuit, etenim Conſiliarij Collateralis titulum hi ſolum ſibi ex Theſaurarijs inſcripſerunt, qui regium diploma, & præcipuam de hoc conſeſſionem habuere, ac non Ioannes Capycius Galeota, qui Collateralis non fuit, nec Theſaurarius præſens; Quod ſi hæc evidenter patent, & ſervantur in praxi, con-*

85 cludendum eſt Surgentem intellexiſſe de Theſaurario, qui ſimul erit, prout erat ſuo tempore Conſiliarius à latere, nam ex ſua natura non eſt talis, imò nec officialis, quia non ponitur in catalogo officialium, in *cap. Regni officiales omnes, ut dicit Taſſonus loco citato, & proinde iuriſdictionem non habens, & licet in fine dicat, quod ab inſultu fuit Theſaurarius excluſus, id ex eo eſt, quia ex Regia pragm. 11. de officio queſtoris, etiam pecuniarijs miniſtris inſubitum*

86 eſt negotiari; At benè apparet lapſus irreparabilis Taſſoni, dum dicebat, quod Theſaurarius præcedit Decanum tam in Regia Camera, quam in Collaterali Conſilio, in quo ſellam habet, nam hæc repugnant, & veritati, & praxi ex reſatis ſuperius per eum.

87 Quod autem Surgens dicit de voto Theſaurarij, & ſuffragandi facultate, repugnat

87 utique traditionibus aliorum omnium, qui dicunt Theſaurarium nullam habere iurisdictionem, ſcilicet *Lanario, de Ponte, Medicis, Taſſono, et alijs ſuperius citatis*, non enim ſuffragandi ius habet is, cui facultas iurisdictionis non eſt; ſed dicamus Surgentem neq; in hoc totaliter aborſiſſe, intellige quod locutus eſt in terminis *Regie Prag. 7. de officio Quæſtoris*, quæ Theſaurarij interuentum in locationibus Regionum veſtigialium, & in acceptatione oblationum votû omnium designat.

Sed pro recta illius pragmaticæ intelligentia, & reſponſione ſatis eſſet authoritas D. Regentis de Tapia, qui in commentario ad dictam pragmaticam primis equidem verbis teſtatur, quod dicta prægmatica hodiè

88 non ſeruatur, quemadmodum inquit nec alia ſequens *pragm. 10. ſub eodem tit.* quod in compoſitionibus faciendis per Magnam Curiam Theſaurarius generalis interueniat. Sed inſuper obſerua quod dicta pragmatica 7. non designat ſeſſionem in ſella æquali cum Conſiliarijs Collateralibus, potuit enim eſſe in ſcannio cum humerali, prout reliqui magiſtratus ſedent, & ſi ſecus eſſet, ad quid Theſaurarios plerique particulare priuilegium Collateralis Conſiliarij obrinuiſſe, vt in eo poſſent interuenire, & ſella vti, ſi de natura officij iam habebât,

89 fruſtra enim precibus impetratur, quod comuni iure conceditur, *c. abbate, §. contra, de verbor. ſignif.* quia priuilegium lex priuatorum eſt, *cap. priuilegia 3. diſtinct. multos citat Barboſ. in d. can. abbate num. 3. et declarat Sebaſtianus Medicis de definitionibus deſin. 17. ex num. 2.*

Sed clarius rem aperiam, ſunt hæ pragmaticæ inſtructionum capita, quas inuiſſimus Imperator Carolus V. Theſaurario generali præſcripſit anno 1520. quæ ſub *tit. de officio quæſtoris* in volumen pragmaticarum redacta ſunt, & curſu temporis innouata,

90 tempus enim multas euoluit mutationes, *Auth. vt omnes obed. Iudici nouell. 69. cap. 4. ubi gloſa allegat iura concordantia, et habetur in l. in confirmando. ff. de confirmando tutor. vel curatore, an enim ignoras rei ſuæ dominum quemlibet eſſe, moderatorem, & arbitrum. l. in re mandata. C. mandati, leg. dudum, C. de contrahen. empt. ſuiſq; adminiſtris ad libitum poſſe præſcribere adminiſtrationis formam; ad tradita per *Geminian. in cap. cum Eccleſia in vlt. notab. de præben. in 6. Dec. in cap. adoceri. col. 2. de reſcrip. et Dom. Conſil. Marcian. conſ. 32. n. 2. lib. 1.* At eò res peruenit, vt Theſaurarijs non ſolum fuerit temporibus noſtris immutata, ſed ad nihilum reddita, vt notum eſt, quid ergo de anti-*

quis inſtructionibus diſſerere, ſi antiquæ ſunt, & tempus nouas quotidie deproprietate edere formas, prout natura, *l. 2. §. quia diuina, C. de veteri iure enucleando, diſta nouella 69. c. 4. et ibi gloſ. et Andreas de Iſernia in probemio feudorum in princ. et n. 43. et alibi citatus per Liparulum, ibi, nam ſecundum varietatem temporum ſtatuta variantur humana, præſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidentis vtilitas id expoſcat, vt haberetur in *Concordio Lateranenſi relato in cap. non debet de conſang. et affin. quem exornant Anguianus de legib. lib. 1. controu. 2. Couarr. in cap. alma mater p. 2. in princ. num. 2. Mantua lib. 1. dialog. 14. et alij relati per Barboſ. in collect. ad eundem n. 2.**

Erat in Cæſareis hijs inſtructionibus muneris Theſaurario, gabellarum fiſcalium locationem procurare in Regia Camera, coram interuenire, banna publicare, licitationem fieri, & fideiuſſiones recipere, quarum rerum nec vira quidem eſt iam in vſu, nec in facultate illius, nam id omne Regia Camera curat, expedit, iubet, & actorum magiſtris eius fideiuſſiones recipiendas imponit praxi, & eodem *Dom. R. Tapia id docente loco ſuperius citato*, nec abſolutum eſt, quod tunc temporis etiam votum ipſius interueniret, ſed præſentia, tanquam eius, cuius muneri erat id iniunctum, vorum enim omnium fortasſe intelligit officialiſi, ideſt iurisdictionem tantummodò habentium, quod perſuadent verba illa, *con interuencion de toda la banca, & deindè, con el parecer de toda la banca*, aulæ videlicet Regiæ Camerae, quod probo, quia huius pragm. 7. non oblitum ſunt, ſed de ea expreſſè mentionem faciunt *Dom. Reg. de Ponte diſt. conſ. 49. n. 60 et Camill. de Medicis d. conſ. 150. nu. 16.* & nihilominus concludunt Theſaurarium non habere iurisdictionem, ſed eam

92 reſidere totam penès DD. Præſidentes, quod nullo modo eſſet, ſi Theſaurarius votum ferre cum alijs poſſet: Hinc eſt, quod in Regno Siciliae ex particulari priuilegio Theſaurarijs conſeſſum eſt, non quod de natura officij id eis permiſſum fuerit, vt in 93 Concilijs patrimonialibus poſſint votado intereſſe, prout cæteri Magiſtri Rationales Laici, vt teſtatur *Maſtrillus de magiſtrat. lib. 5. c. 9. numer. 93.* prout in Francia ex Conſtitutione Franciſci Primi, Petrus Gregorius par. 1. *Syntag. lib. 3. cap. 2. num. 13. & 16. qui etiam par. 3. lib. 47. cap. 32. num. 16. & 17. dicit*, quod *Receptores generales, ſiue Theſaurarij nullam habent iurisdictionem; habent autem generales ſinantiarum; qui vna cum Magiſtris ratiociniorum vacant expurgandis illorum ratiombus.*

Sed

Annot. ad Dec. R. Moles §. 28. de Nom. Cam. &c. 43

Sed dato quod apud nos etiā Theſaurarij vo-
 rum inſtructiones includant, id tamen
 94 hodie in Regno noſtro nouis inſtructioni-
 bus non immutatam tantum, ſed aboli-
 tum eſt, vt in eis legitur, imò maiori priui-
 legio Theſaurarius nō poſſet vti, quo DD.
 Præſidentes militares, quibus etiam de
 ordine Suxæ Maieſtatis inibitum eſt ſuffra-
 gium ferre, præterquam in materia com-
 putorum, in qua iuris articulus deciden-
 dus non reſultet.

Nec venditionis officij conuentio cum omni-
 bus priuilegiis, præhemiſſis, gagiis, lucris &c.
 & ea reintegrandi iure, quicquam ſuffragatur
 præſenti Theſaurario, nam præterquã
 deficit mens, & poteſtas concedentis, de
 his tamen, quæ in nouis expreſſè non ſunt
 95 immutatæ, ſemper intelligitur, cap. Quia
 Sancta diſtin. 63. cum ibi notatis per DD. &
 ſufficeret tacita reuocatio per non vſum,
 ad tex. in l. vltima C. de præſcript. long. tem-
 por. & ex Suarez, Molina, Azorio, Reginal-
 do, & alijs ſirmat Bonacina de legib. diſp. 1. q.
 1. puncto vltimo §. 3. num. 51. & Lexana in
 ſumma qq. regular. tom. 1. tit. de præſcripturis cap.
 12. dub. 1. num. 65. etiam quod in corpore
 pragmaticarum ſint; nam, vt diximus, non
 propriè pragmaticæ, ſiue leges generales
 ſunt, perpetuam firmitatem habentes,
 96 quas non vſu, vel contrario vſu tolli veli-
 mus, de quo gloſ. in l. de quibus in fine ff. de
 legibus, Dom. Conſiliarius Arias de Meſa var.
 lib. 2. cap. 18. & Dom. Præſ. Marchio Ramon-
 tis cent. 2. c. 70. qui etiam id admittit n. 14.
 non obſtante clauſula decreti irritantis, da-
 tâ ſcientia, & patientia ſuperioris ſtatu-
 entis, ſed officij prædicti inſtructiones in no-
 uas editæ formas veteribus antiquatis, at-
 97 que deletis, nam noua lex derogat veteri,
 l. non eſt nouum cum l. ſeq. ff. de legib. facit l. ſi
 quis in princ. de leg. 3. l. pacta nouiſſima C. de
 pactis, & poſterior in ordine derogat prio-
 ri, l. ſed & poſteriores ff. de legib. notat Bart. in
 l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure propè finē,
 Steph. de Federicis de interpr. iuris par. 2. ex n.
 92. ad 96. & declarant relati per Baſſeum to.
 2. verb. priuilegium 3. num. 3. Imò ſi eo tem-
 pore Theſaurarius ad Collaterale Conſi-
 lium accedebat, ad Regiam Cameram, ad
 Magnam Curiam, & ad quemcunq; alium
 officialem, qui de locationibus prædictis
 agere potuiſſet, vt eadem prag. 7. in vltimis
 verbis idiomate hispano prolatis expreſſè
 præſcribit, cur ad eundem Collaterale Conſi-
 lium, & Regiam Cameram, & in eo inter-
 ueniendi prærogatiuum contendit, & non
 inferiores magiſtratus; & ſi de Magnæ
 Curie conſeſſu negat vſum D. Regens de
 Tapia in d. prag. 10. cur alius vſus in maiori-

ribus interueniendi erit in vſu? an non eadē
 dem leges, & pragmaticæ ſunt ſub eodem
 tit. & inſtructionum capita, vnum pariter
 nihilo ſecus, ac alterum?

Non habuit ergo Theſaurarius hanc præhe-
 98 minentiam ſuffragandi, & ſi habuit, non
 hodie, nam tempus abſtulit contraria con-
 ſuetudine legem immutandi, atq; vigorem
 illius imminuendi, abolendique poteſta-
 tem habente, non ſecus ac Principe, l. de
 quibus ff. de legibus cum concord. multo ma-
 gis Principe, ſiue Rege contrarium iuben-
 te in inſtructionibus nouis, cuius ſola vo-
 luntas ſufficit, l. 1. §. 1. ff. de poſtul. DD. in l. 1.
 C. de ſecund. nupt. cum alijs per Dom. meum
 centur. 2. contron. cap. 70. num. 36. etſi anti-
 qui Theſaurarij, qui magnam habebant
 authoritatem, hac prærogatiua non ſunt
 potiti, minus potientur hodie, qui longè
 minorem habent, & quaſi nullam.

Sed ecce aliud ſingulare præceptum regiū
 poſt antiquas illas inſtructiones malè per
 Surgentem, & Theſaurarium intellectas;
 99 Theſaurario enim in Collaterali Conſilio
 intereſſe prætendente, ſapientiſſimus Rex
 Philippus II. anno 1559. ità præſcripſit in
 inſtructionibus Exc. D. Proregi datis c. 11.
*El Teforero general deſſe Reyno, ò Re-
 gente dela Teforeria, y el Eſcriuano de
 Racion, ò ſu Lugar teniente pretendien-
 ſegun ſemos informados, que por raçom
 de ſus officios deuen interuenir en el
 Conſejo Colateral, y porque ſegun en-
 tendemos, eſtos non ſolian interuenir, ſi
 no quando ſe hauia de tratar alguna
 coſa tocante à ſus officios, por el tiempo
 que aquel negocio ſe conſeria, informa-
 roſeis de ello, y del fundamento de eſtas
 ſus pretenciones, y an ſiarnos eis junto
 con vueſtro parecer, para que tornando
 à inſtar ſobre ello, ſe les reſponda lo que
 conuenga, y entre tanto no permitteis
 que entren en dicho Conſejo, mas de las
 perſonas, que tienen titulo, y priuilegio
 de ello; & de his inſtructionibus, quarum
 apud multos exemplaria ſunt, mentionem
 facit Reg. de Ponte de poteſt. Proregis tit. de
 deleg. cauſarum num. 12. Ceſſat ergo difficul-
 tas omnis vbi iuſſus regius, regiaque decla-
 ratio eſt, etiam reſpectu maioris officialis,
 prout eſt portionis ſcriba, qui Theſaura-
 rium præcedit, vt apud Surgentem, Prec-
 100 ciam, & Taſſonum in cõperto eſt, quem-
 admodum huic regio ordini neminem poſ-
 ſe derogare, quia inferior non poteſt edi-
 cere, ſtatuerè, nec operari contra legem*

superioris, & per eum disposita ex c. cum inferior de maiorit. & obed. Clement. ne Romanus de elect. & in l. formam C. de off. Praefect. Pratorij Orientis. Quod etiam in Prorege Neapolitano habente potestatem condendi legem scribit Dom. meus Marchio Rado montis cent. 2. cap. 7. nu. 4. maximè in his quorum concessionem Rex sibi omninò referuauit, ab eiusque suprema potestate dependet Camill. dela Ratha dict. conf. 87 n. 19. Mastrill. de magistratib. lib. 1 c. 1. n. 1. & lib. 4. c. 2. nu. 16. Castillo de tertijs cap. 4. nu. 13. nam idem esset cōcedere Thesaurario hanc prae-rogatiuam, ac concedere priuilegium, vt notatur in Can. Episcopus 17. dist. & ibi Cardinalis, & alij, Bald. in c. fin. qui feud. dare possunt, quos sequitur Boerius d. tract. num. 41. in fin.

Et hoc stante nunquam potuit, nec poterit acquirere possessionem aliquam Thesaurarius ex quocunque actu contra ordinem suae Maiestatis, ad tex. in cap. veniens de probationibus, vbi DD. praesertim Cardinalis Zabarella in fin. n. 12. glos. in cap. nullus pluribus de regulis iuris in 6. & post Innoc. & Abbatem tradit Lanarius conf. 94 num. 1. & 2. & in puncto de actu sedendi a principio nullo Reg. Fornarius apud Reg. de Marinis to. 3. alleg. 12. n. 10. & 11. quia diceretur nulla, improba, attentata, & reuocanda, vt multis relatis fundat Postius de manuten. obser. 48 num. 1. & 10. Decius videndus conf. 16. n. 5. quos cum alijs laudauit diff. alleg. quam inserit Topius 3. par. fol. 430. n. 22. & omnium melius fundat doctissimus Regens D. Franciscus Ortiz Cortes in d. discursu legali de praecedentia ex num. 193. ad 220. vbi dicit, quod esset vltra concessa, ex errore, & ignorantia regij ordinis, quod non parit exceptionem, nec manutentionem, l. 4. §. quasitum ff. si quis cautionibus, l. in conuentionalibus ff. de verb. oblig. & ex titulo resistenti moderanda ad permissa tantum, l. 1. in princ. ff. vti possid. l. improba Cod. de acq. possess. & praeter alios adducit etiam Postium obser. 49. & 51. dicentem, quod non est pariter manutenibilis possessio, quae non habet certam sedem, nec praecedentiã, tãtò magis quod in casu nostro, nec etiam potuit vnquam acquiri ex contradictione, protestatione, & patientia non praestita per Ministros Regiae Camerae, quae in cor- poralibus omninò requiritur, c. cum olim de consuetud. & cap. cum olim de caus. possess. et propr. lib. 1. §. vlt. de seruit. rustic. l. 3. §. clare ff. de vsufr. & conditione dissoluitur, l. 1. ff. de bis qui sunt sui, vel alieni iuris, l. 1. in fine ff. de Consuet. Princip. l. quemadmodum ff. de acq. possess. et de vtroque scripsi late d. alleg.

n. 25. et seqq. imò nec etiam patientia noceret, quia tunc importat tacitam concessionem admittitio praedicta, quando sciens, & admittens potuissent expressè titulum concedere, l. 2. ff. de seruit. l. si ergo §. i. ff. de publicanis, l. cum quid ff. si certum petatur, in terminis Marian. Soccin. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina n. 39. in fine, et 48. de causa possessionis, et prop. dixi d. alleg. num. 21. sed nemo potest sui, nec alterius muneris praeheminentiam in alium transferre, in prauidicium successorum absque solemnitate, & autoritate superioris, Abbas in d. r. cum Ecclesia Sutrina num. 14. 35. et 43. vers. hęc solutio, quia causa praecedentia ad publicum statum spectat, ne regendi ratio turbetur in ordine seruando, Hostiens. in cap. 1. de maior. et obedientia, Praepositus in cap. inferior num. 4. dist. 21. Decianus respons. 21. n. 4. 64. et 72. post Putem, Seraphinum, et alios dicit Gratian. discept. 845. num. 2. et 3. Solozan. in d. memoriale praecedentia inter Consiliarios Indiarum, et Flandriae, qui late hoc praesequitur num. 98. et seqq. et Larrea d. alleg. fise. 51. num. 2. & in hac materia debet attendi praesicè quod Princeps disposuit, Baldus in cap. cum olim de consuetud. Ruinus conf. 155. num. 4. lib. 4. Ioannes de Platea in l. 1. in fine C. de silentiar. lib. 12. Valenz. conf. 82. nu. 22. Anna alleg. 57. & post alios Gratian. qui tres Rota Romanae decisiones ad hoc comprobandum allegat discept. forens. cap. 940. num. 6. Amaya ad tit. Codicis de Decurion. lib. 10. cap. 3. num. 42. in fine, Besoldus d. dissertatione de praecedentia c. 3. num. 3. etiam si praefereat posteriorem in ordine, Franc. Marcus dec. 806. per totam.

Nec dicas quod hoc caput 11. non loquitur quando Thesaurarius cum Regia Camera conuenit, nam miserum effugium est, imò ceteris deterius, quia si negatur sella in Consilio Collaterali, si solus interuenit, negatur semper, & multò magis collegialiter adeunti, ex d. & is superius de Episcopo, quibus addo quod Collegium, siuè Capitulum vt corpus dicitur in dignitate constitutum, glos. in cap. si Canonici de officio ordinarij in 6. et fundat late Ioannes Picardus inter conf. Menoch. 52. num. 30. et 137. & quaelibet Congregatio, Collegium, aut Vniuersitas est dignior, quam persona singularis, cap. statutum de elect. in 6. multis comprobatur Casaneus in Catal. gloriæ mundi consideratione 32. col. antepenult. vers. 8. facit p. 4. Aloysius Riccius in praxi titulo praxi praecedentiarum dec. 556. nu. 5. Gratian. discept. forens. cap. 1111. nu. 8. & seq. vbi etiam allegat Relinum, Dominicum, Francum, Ripam, & alios dicentes, quod licet Abbas praefera-

cur

tur Canonicis Ecclesie Cathedralis, non ta-
 111 men si Canonici sint collegialiter vniti,
 quia tunc representant Ecclesiam Cathedra-
 112 talem, quod etiam docuit *Nauarrus conf. 2.*
& 3. de maiortate, & obed. & Menoch. conf.
902. n. 71. in fin. Sayrus dec. 2. de maiort. &
obed. Riccius Collectanea 1446. Christoph. Be-
sold. in dissert. de precedentia cap. 2. n. 15. late
Barbos. de Canonicis, & dignitatib. cap. 18. per
 totum, presertim a n. 24. & Vicarius non præ-
 113 fertur Archidiacono, siue Decano, nec
 alteri de capitulo in actibus, in quibus fue-
 rint capitulariter vniti, vt concludunt post
 longam disputationem, *Menoch. d. conf. 51.*
& 257. ex n. 57. & d. conf. 902. Ioannes Pi-
cardus, Nauarrus, & Gratianus locis citatis,
 qui late hanc sententiam tventur, et *Gon-*
zales Mendez. de Vasconcellis lib. 1. diuerso-
rum, quia Decanus cum suo Capitulo præ-
 114 fertur Abbati, & Vicario, quod *Reg Con-*
stantius in d. l. 1. nu. 16. C. de Consulib. lib. 12.
 admittit de Vicario, qui simul est Canoni-
 cus Ecclesie, nisi sit consuetudo in contra-
 rium, & *Barbosa* plerisque relatis non in
 Vicario generali, sed foraneo, qui stare
 debet suo loco, excepta Congregatione, in
 qua interuenit vt Episcopi delegatus, de
 iure *Ecclesiast. cap. 1. c. 24. n. 56. et sequenti, et*
d. c. 18. quod scribit etiam Aloysius Ric-
cus in d. praxi dec. 551. et 556. & in Vica-
rio canonico à Capitulo constituto sede va-
cante Sayr. dec. 3. de off. Vicarij relatus ab eo-
dem Riccio collect. 1446. & cum omnes faci-
 115 ant vnium corpus, membra non possunt
 à capite separari, cum sit contra ordinem
 naturalem, & moralem, vt inter caput, &
 membra aliud ingeratur, *can. 1. distin. 12.*
 et notant *DD. in cap. nouit 4. de his, quæ fiunt*
à Prælat. glos. in cap. irrefragabili verb. per
capitulum de off. ordinarij, Ioannes Monachus
in cap. à collatione de appellat. in 6. et in c.
Romana, n. 9. de sententia excommunicationis,
Romanus conf. 23. vol. 3. quem sequitur Sur-
gens d. c. 27 n. 4. Ludouis. decis. 234. Mastrill.
de magist. lib. 5. c. 4. 74. et cap. 13. num. 41.
Gratian discept. 111. in princ. & membra
 116 quanto magis possunt, debent adhærere
 suo capiti, *cap. cum non liceat de prescript.*
 et in l. 1. et 2. C. de Prescrip. Prator. lib. 12. gl.
 in §. alia in verb. hinc trabe Institutionibus de
 bonorum possess. late in materia *Boerius in ad-*
dit. ad tract. de auctoritate magni Consilij à n.
62. ad 79. circa medium, Barbos. d. c. 18. à n.
55. Amaya ad tit. Cod. de decurion. lib. 10.
cap. 3. n. 41.
 Ex quo vides quam absurdum sit, vt Thesau-
 rarius velit in Regia Camera se ingerere
 medium, & occupare secundum locum post
 Decanum, separando eum à reliquis *DD.*

Præsentibus, multoq; magis quod velic
 in Collaterali Consilio Decanum ipsum
 116 antecedere maiori prærogatiua, vsu scilicet
 seclæ post *DD. Regentes,* quia Decanatus
 est dignitas, vt fundat *glos. in l. 4. C. de*
Sacrosanctis Ecclesijs, Decius in cap. eam te
de rescriptis, Archidiaconus in can. in capite
50. distin. Cardinalis Zabarella conf. 62. Me-
noch. d. conf. 257. n. 20. Rota Roman. d. decis. 4.
alias 451. de elect. et post alios Anguianus de
legibus lib. 2. contr. 4. d. n. 5. ad 10. imò maior
 117 dignitas in Ecclesia, eiq; post Episcopum
 principalior cura, & Collegij administratio
 competit, *Riccus in praxi for. Eccles. par. 4.*
resol. 394. n. 6. et Barbos. post alios de iur. Ec-
cles. lib. 1. cap. 26. n. 2. et de Canonic. et dignit.
cap. 7. n. 3. & debet habere primum locum,
 ex *glos. in cap. cum inter verb. ad Decanum de*
elect. quæ habet, quod Decanus is est, qui
 inter Canonicos Ecclesie primas, & princi-
 patum tenet, eiq; præficitur, ex *tex. in cap.*
per electionem de concess. praben. et in cap. cum
inter vniuersos 18. de elect. & quod est hono-
 118 rabilior capituli pars, qui debet non infe-
 riori, sed in priori loco stare, prout in al-
 tiori de Episcopo statuitur in *can. Episco-*
pos 17. distin. et in can. quia tua 50. distin.
et declarant DD. de Rota decis. 447. in nouiss.
quam refert, et alijs comprobatur Cassaneus in
catalog. glor. mund. par. 4. confid. 37. Barbos. ci-
tatis locis, et Tassonus in pragm. de antefato
vers. 7. obser. 3. n. 88. dicit, quod Decanus in
 119 Tribunali, in quo regit, omnes venien-
 tes ad illud præcedit, nam præcedentia de-
 betur ei, qui regit, & gubernat, post *Bou-*
dill. in polit. lib. 2. c. 21. num. 61. D. Capyc. Latro
decis. 181. n. 2. lib. 2. & in Regia Camera in
 absentia *D. Locumtenentis* Decanus inter-
 uenit pro Magno Camerario, qui est Tri-
 bunalis caput, & superior omnibus, eidem-
 que Thesaurario, ex doctrina *Bald. in cap.*
ult. col. ult. de electione, quem refert, et sequi-
tur Anguianus loco cit. n. 18. in fine, eiusque
 iurisdictio licet discontinua, est tamen per-
 petua, & maximam esse differentiam in
 120 præcedentijs inter habentes iurisdictio-
 nem perpetuam, vel temporalem dicit *Io-*
Andr. in cap. penult. de off. deleg. in 6. et Felin.
in rubr. de maior. et obed. quos cum alijs sequi-
tur Menoch d. conf. 51. ex n. 17. et Picard. conf.
seq. Gratian discept. 845. n. 40. et seq. Riccius in
praxi loc. citat. dec. 555. nu. 3. Peregrin. conf. 3.
n. 64. vol. 2. quemadmodum inter Vicarios
 temporales, & perpetuos, & ab aliorum au-
 thoritate non dependentes, ad *tex. in c. ad*
hec de off. Vicarij, c. extirpanda, §. qui verò de
præbendis, et tenent Ancharan. consil. 404. n. 11.
Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. c. 6. quæst. 7. Re-
buff. ut. de Vicario perpetuo, num. 15. et lata

manu congesti per Barbosam de iure Eccles. lib. 3. tit. de Vicarijs cap. 6. ex num. 2. ad 36. et in 120 sine, & inter eos, qui habent officium ab inferiore, vel venale, & pecunia comparativum, vt prædicti DD. considerant, et dicebat in specie Faustus pro arario d. class. 14. cõs. 73. et 74. & eos, qui habent dignitatem à Rege, Franc. Marcus dec. 806. num. 11. qui semper præferendi sunt, can. Episcopos 17. dist. Panormit. in c. 1. n. 3. de maior. et obed. et in c. postulatis de concess. præbendæ, dicens quod inter milites ille est dignior, qui à digniore factus est, sequitur Felin. in rubr. de maior. et obed. n. 4. circa medium, Peregr. d. cons. 3. n. 34. et seq. Et per Vicedecanum sui loco interuenientem est etiam in possessione præcedendi Thesaurario, tam in Regia Camera, quàm in Collaterali Consilio in exeundo, 121 & introeundo Consilia prædicta, qui fortior casus est, quàm sessionis, nam qui magis dignus est, debet præcedere in eundo, notatur in l. qui indignus, ff. de Senatoribus, c. perlectis 25. distin. Baldus de pace Constantia, §. hoc quod nos, qui enim est sedere coactus in Collegio iuxta ordinem temporis, & ministerij, in exeundo tamen, & introeundo vitur maioriata, si quam habet, vt dixi ex Constant in d. l. 1. n. 34. Capyc. Latr. consule. 43. n. 30. et alijs.

Dum itaque suo posteriori loco collegialiter ingreditur Thesaurarius Collaterale Consilium cù Regia Camera, non potest supra eam, postquã ingressus est, locum meliorem, & anteriorem petere, & egredi à Collegio, quia debet stare possessioni, & ordini, quo 123 est alligatus, nec illum turbare, & à loco prodire collegialiter ei debito, quod ingeniosè obseruatum agnoui in d. discursu de præcedentia num. 101. per Dom. Regentem. Ortiz inter regios administratos ex primoribus peritia legum, vt dicebat Tacitus de Amiuo Rebione lib. 13. annalium, fol. mihi 102. dictaque possessio Regiæ Cameræ, & Decano 124 cano conseruanda est, quem Thesaurarius superiorem, & caput agnoscit in Collegio, vt Mensch. et Picardus tuentur, et docuit Panormitanus in cap. 1. et penult. de sepulturis, Zabarell. cons. 62. col. 2. Corneus cons. 193. num. 11. vol. 2. Imol. cons. 164. numer. 48. Bursatus cons. 343. vol. 4. Riccius d. collect. 1446. Vinius decis. 226. num. 11. Benintend. decis. 73. Capyc. Latr. dec. 181. n. 13. et 45. lib. 2.

Pro manutentione verò dictæ possessionis in propria materia præcedentiarum dantur 125 etiã interdicta possessoria, & potestas resistendi de facto, ex glos. in §. aliam, instit. de bonor. posses. vbi Io. Faber, Angelus, Platea, Hotomanus, et alijs, Iason in l. si non sortem, §. liberto, ff. de condi. indeb. Bald. et Dec. in cap.

licet causam, de præben. Tiraquell. in tract. de nobilit. cap. 20. num. 50. Camil. dela Ratha cons. 87. ex num. 80. Postius de manut. obseru. 10. num. 31. & obseruat. 53. num. 24. & post alios Larrea d. allegat. 51. num. 3. & D. Ioannes de Solorzano in memoriali num. 23. Peregr. dicto cons. 3. num. 4. vol. 2. latè Riccius in praxi for. Eccles. tit. praxis præcedentiarum, decis. 558. per totam, Dom. Marcianus cons. 32. num. 4. lib. 2. Dom. Reg. & Locumtenens Marchio de Centeglias in d. defensione iuridica, num. 9. & in d. discept. legal. & histor. num. 232. in quibus locis alios plerosque adducit, eoque magis, quod quãdo Reg. Camera die Veneris adit 126 Collaterale Consilium, decreta quæ in alijs diebus publicantur sub nomine Excellentissimi Domini Proregis in dicto Consilio Collaterali, cuius caput est; Surgens d. cap. 27. num. 4. et 22. Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit. de delegat. causar. num. 12. Capyc. Latr. decis. 187. num. 1. tom. 1. Sansel. in praxi fec. 26. num. 6. Tasson. vers. 7. obser. 3. num. 16. publicantur sub nomine Regiæ Cameræ, & Domini Regentes sortiuntur naturam, veluti adiutorum, nam eorum voto accedente fiunt, sed ordine Cameræ, cuius magna in hoc est dignitas, & prerogatiua, & hinc sequitur, quod ea die locus Cameræ diuersus dici potest, sed Tribunal idem, & 127 quemadmodum Decanus præcedit Thesaurarium in Camera, sic pariter ea existente in Collaterali, & sessionis locus eodem modo, & forma Thesaurario debet utrobique assignari, absque villo discrimine, ex traditis per P. Franciscum Bordonum in d. theatro præcedentiarum n. 559. & de incorporatione; & vnione Tribunalium in simili, Larrea d. alleg. 52. num. 20. et 21. quia idem Tribunal est, nec locus mutat rerum ordinem, nec auget, aut minuit qualitatem, quia 128 non hominem propter locum, sed locum propter hominem Deus elegit, vt in lib. 1. Maccabeor. cap. 5. & locus non sanctificat hominem; sed homo locum, dicitur in can. multi 40. dist. nec dignitas loci attenditur, can. nos qui ead. distin. nec loca faciunt nos proximos Deo, cap. non loca ead. distin. et notat in can. nouit 12. dist. Andr. in rubr. quo temp. miles num. 3. et 4. et de Capit. Corradi num. 23.

Et concurrente etiam titulari dignitate Decani multo magis admittendum est, quia Barones omnes titulati, quãnis sine exercitio, sunt tamen à latere Regis Consiliarij, quod probat textus in cap. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Feder. & tradit Surgens cap. 23. num. 34. et cap. 27. & Lanarius cons. 72. n. 5. vbi dicit, quod hæc est ratio quare titulati iuniores, qui sunt de Collaterali

gerali Consilio, pracedunt Collatorales
 Consiliarios antiquiores, qui titulati non
 130 sunt, ac etiam Dominos Regentes, vt
 scribit Surg. cap. 27. n. 11. Reg. de Ponte dec. 8.
 Tassonus obser. 3. n. 4. Constant. in d. l. 1. n. 33.
 D. Reg. Tap. decis. 21. Sup. Iial. Senat. d. num.
 25. Capyc. Latro consult. 43. vbi late, Riccius
 collect. 1456. col. 2. quia titulati iam habebant
 anteriorem illam dignitatem, quamuis sine
 administratione, qua superueniente praeferuntur
 ex anteriori illo caractere dignitatis titulo
 annexæ, qui actiuitatem
 131 recipit ex administratione, & hoc probatur
 expressè in l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur.
 idem scribit Dom. Reg. de Tapia decis. Ital. Sen. 23. n. 25. & 29. & affirmat Tasson.
 in d. pragmat. vers. 14. obser. 1. n. 1.

Vnde non immeritò Decanis titulo insignitis
 multoties Collateralis Consilij munus, exercitium,
 & dignitas à Rege collata est, & præter
 antiquiores quos retulit supra n. 24.
 132 & 25. D. Præsidenti Comiti Molæ Reg. Cameræ
 Decano constat fuisse concessam, privilegio
 expedito Mantuæ Carpentana die 17. Nouembris
 1653. & Dom. Consiliario Marchioni S. Maximi
 Felici de Ianuario Decano Sacri Consilij altero
 20. Mensis Decembris 1631.

Et quod magis est multos annos ante, dum
 hic accederet ad Collaterale Consilium, à Dom.
 Prorege obtinuit, vt sederet in sella post DD.
 Regentes, tanquam Consiliarius antiquior,
 qui stante Præsidis absentia,
 133 Propræsidis munus interim explebat, declarando
 eadem fuisse vsos omnes Propresides antecessores,
 & deinde functo munere Propresidis,
 eidem Marchioni Felici de Ianuario tanquam
 simplici Consiliario Decano titulato idem
 permisum fuit, & sedendi concessa facultas
 eodem modo, & forma, vt apparet ex
 originalibus rescriptis, quorum primum est:
*Al Varon de S. Archangel, Duque de Caybano, Secretario
 del Reyno. El Marques de S. Maximo Decano
 del Sacro Consejo ha perdido à S. E. lo que V. S.
 verà por el concluso memorial el qual me ha
 mandado remetirlo al Colateral, para que le
 baga justicia, anisolo à V. S. para que assi se
 execute. Palazio 20. de Febrero 1627. Domingo
 de Gazielu, y Gamboa. Memorialis verò tenor
 explicatur ab effectu, & à sequenti responso d.
 Ducis Secretarij: At Signor Propresidente Felice
 di Gennaro mio Signore. Venga V. S. à sedersi
 in Collaterale, come l'altri Signori*

*ri suoi predecessori, e li fo riuerenza. Seruitore
 obligatissimo, che lo seruira sempre. Il Barone
 di S. Arcangelo, Duca di Cainano. Alterum est
 in sequenti anno expeditum, cum iam non
 esset Propresides: Al Consejero Felice de
 Genaro, Marques de Sancto Maximo. El
 Duque mi Señor ha ordenado, que V. S. se
 sitta en Collateral, assi como la
 sendo Propresidente del S. C. lo aniso à
 V. S. para que lo tenga entendido. Palacio
 11. de Junio 1628. Diego Castañon. &
 hoc comprobatur testimonio Iudicis Tassoni
 in dicta pragmat. de antefato vers. 7. obser.
 3. num. 87. circa medium, vbi dum dicit,
 134 quod ministri titulo insigniti sedent
 collegialiter iuxta tempus eorum promotionis
 in Consilium, excipit præfatum Decanum
 titulum, his verbis: Sed Marchio S. Maximi
 Consiliarius, Decanus S. C. Felix de Ianuario
 ordine Excellentissimi Ducis Aluæ Proregis
 sellam habuit. Propterea cum Thesaurarius
 sit Ducatus titulo insignitus, sed Regiæ
 Cameræ subditus, & Decanus præsens non
 solum titulo, sed pluribus titulis decoratus,
 ac etiam anteriori titulo, & etate, &
 ministerio etiam Vicemagni Camerarij
 superior, & veteranus in administratione,
 omni iure debet in Collaterali Consilio cum
 eadem prærogatiua præferri, quemadmodum
 in Regia Camera, & vtrouique Thesaurarius
 sedere collegialiter suo
 135 loco, ne alias Decanus, qui prosectoria
 dignitate cumulari, & honores varios pro
 meritis suis consecutus est, incongruis
 pulsetur iniurijs, vt dicit textus in l. 2. C.
 de veteran. lib. 12. vbi Constantinus
 Augustus in l. 2. respondit: Magis, magisque
 conueteranis meis beatitudinem augere
 debet, quam minuere; quod præter
 antiquiores exornant, priuilegia, dignitates,
 & mupera emeritis debita referentes,
 Petrus Gregorius syntag. p. 2. lib. 19. c. 2. n. 23.
 & c. 4. n. 3. Gaspar Toletus in Cod. tit. 54. &
 55. lib. 10. & tit. 47. lib. 12. Surgens cap. 2. 2.
 et ibi add. Claudius Cotereus de priuilegijs mil.
 c. 24. Solorzano de iurib. mun. honorar. n. 247.
 Constant. in l. 1. C. de filijs officialium, n. 13. D.
 R. de Tap. d. dec. 21. n. 39. Capyc. Latro consult.
 36. to. 1. Tasson. vers. 7. obser. 3. d. n. 34. ad 39.
 Georgius Acacius Enekelius lib. vn. de priuileg.
 veteran. Amaya ad tit. C. de his, qui spote mun.
 sub lib. 10. d. n. 3. Castill. dec. 105. d. n. 22. Al-
 tamir. in d. l. 1. cap. 1. num. 22. & 24. Neap.
 Kalen. Martij 1670.*

*Don Carolus Calà, Diani Dux,
 & Marchio Ramontis, &c.*

I V R I V M

CONSULTATIO

In vna Neapolitana præcedentiæ inter
Dom. Theſaurarium Generalem
Regni Neapolis, & Regiæ Cameræ
Summariæ eiuſdem Regni Tri-
bunaliſ DD. Præſidentes,
& Decanum.

Obiectis per idem Tribunal occurritur, atq; comprobatur Theſaurarij iuſtitia, tum ex licitatione, & pactis in oblatione appoſitis, ac inſtrumento deſuper inito cum Regia Curia, mediante teſte perſona Excellentiſſ. Dom. Regni-Proregis, mandatum à Sereniſſ. Rege Catholico habentiſ; Nec non ex adepta præcedentiâ in actu poſſeſſionis; ſed quaſi officij in eodem Tribunali paciſicè, nulla ſibi controuerſia mota, nullamq; habendam eſſe rationem de proteſtatione poſtmodum facta per eoſdem DD. Præſidentes, vt ſerotinam, et intempèſtue extorſitam, ac facta contrariam, malis comprobatur.

De præheminentiâ, et dignitate Officij Theſaurarij, tum antiquit, cum recentioribus temporibus, quodq; nihil fuerit immutatum; plures afferuntur atteſtationes Doctorum Neapolitanorum, et exterorū in alijs Regnis id quod abundè comprobatur; et reſelluntur in contrarium adducta, utpotè nullo iuris, nec facti ſtabilita fundamento.

Obſeruantia, Vuſus, et Conſuetudo præcedendi in beneficium Theſaurariorum, ex libris, ſive Regiſtris eiuſdem Tribunalis primū, deinde ex actibus præcedentibus, et ſubſequentibus; ac ex poſtremis inſinuat, quidē Iura diſponant in materia manutentionis in poſſeſſione, ſeu quaſi dignitatis, non inſcitè ſcribitur; aliaq; perplura adducuntur, ponderantur, et declarantur ad iurgij victoriam aucupandam, qua magis ex conſultationis lectura conſulenda, quàm indicanda ſatis putauit Conſultationis Author.

A D S I T D E V S.

EXpoſito venali per Regiam Cameram Summariæ Officio Theſaurarij Generalis Regni Neapolitani, præuio diplomate Excellentiſſ. Dom. Proregis D. Petri ab Aragonia, nuper ſucceſſoris Ducum de Cardona in Ducatu Segorbæ, & Comitatu Ampuriæ, ob eius præclara geſta omni æuo memo-

ranti eidem Tribunali directo ſub die 7. Iulij decurſi anni 1669. remanſit officium prædictum præfato Duci, obtulit Ill. Dux Iuuenacij duc. 20000. capitiq; poſſeſſionem ſub die 27. Iulij eiuſdem anni, in eodem Tribunali paciſicè, & quietè nulla habita contradictione, aſſidentibus Ill. Marchione Regente, eiuſdemq; Tribunalis emeritiſſimo Locumtenente D. Antonio Centella Nobiliſſimo Hiſpano, ob eius peritiã, quolibet ſummo Magiſtratu digno, alijsq; Dominiſ Præſidentibus, cum interueſſit Domini Fiſci Patroni Regaliſ Patrimonij, & poſtmodum alia die in Supremo Collaterali Conſilio interuenientibus Illuſtr. & Spectab. Dominiſ Regentibus non minus paciſicè, ſellam habuit, in qua poſſeſſore, ſeu quaſi exiſtens Dominus Theſaurarius, de quo nulla oriri poteſt hæſitatio; quia ex libris notamentorum clareſcit, & adeo notorium factum eſt omnibus, vt iuſtè iſciari nequeat.

Prodierunt modò Allegationes Illuſtr. Ducis Elana D. Caroli Calà Præſidentis Decani Regiæ Cameræ, docti ſanè, & eruditi Iuriconſulti, qui præferri contendit in ſedendo in Collaterali Conſilio prædicto Theſaurario, propriam ſui aciem ſuſtinens, vt Decanus, qui Theſaurarium præcedit in ſuo Tribunali, ac aliorum Collegarum pugnæ particeps, & Adiutor euſus in Regia Camera, omnes præcedere Theſaurarium, ex multis erudito ſanè calamo congeſtis, inſinuare nititur, id quod vt ſuadeat, omnes curas intendit, omneſq; vires ſuas obmollitur, eiſq; allegata ad Me in hac Vrbe Roma, vbi larem tenco, tranſmiſſa, requiſitus à Domino Theſaurario de meo Conſilio, vt eiſ placito compatem me reddam, dicam, quod ſentio; breui ſanè eloquio, & punctuatum, quatenus res expoſtulat, ingenijq; mei tenues ſuppent vires; Nullatenim alia re commoti ad hoc ſtudium, accedere teſtatum facimus, quàm vt iuſtitie Clientis, reuinçis obicibus, iuridicas conſuſiones reponamus, haud ignari magnum eſſe Prætorium Regiam Cameram in Regno Neapolitano, de cuius origine, & excellentia, poſt alios, plura cum laude recenſet Dom. Conſ. Prat. in prat. obſeru. cap. 50. per tot.

Initium igitur deſumimus pro Theſaurario, ac firmè ſuſtinemus ipſum hæſtæ fiscali in-
3 nixum legem habere peculiarem, quæ præcedentiã inſinuat; Nam in eiſ oblatione, pacto ſibi propexit non aliã ad emptionem illius officij accedere, niſi ei elargirentur omnes præheminentiæ, honores, dignitates, prærogatiuæ, gagia, lucra, emolumenta,

lumenta, & illud totum ipsi officio annexum, & pertinens, tam de iure, quam de consuetudine, atq; vti plenius potiti fuerunt eius prædecesores, & gaudere poterant, etiam cum iure reintegrandi, vti ex lectura oblationis videre est.

Quæ sanè oblatio à Tribunali Regiæ Camere, interueniente Dom. Fisci Patrono, pluries discussa, ac trutinæ posita, admittitur, & contractus perfectus fuit sollempni instrumenti stipulatione firmatus, accedente pro Sereniss. Hispaniarum Rege præfato Excellentiss. Dom. Regni Moderatore emeritissimo, cum speciali mandato, vti ex ipso publico documento iurisiurandi sollempnitate roborato sub die 29. Iulij 1669. palam sit, vnde emergit, adamussim conventionis fidem seruandam esse, ad *tex. in l. 1. ff. de const. pecun. l. 1. ff. de pact. l. ex empto, ff. de actio. empt. cõ fortibus* quando cum Principe contrahitur, qui ex contractu obligatur, & cum præcisè seruare tenetur, vt probat *tex. in cap. 1. de prob. quem* notandum ad hoc insinuant *Abb. n. 1. & Cardinal. num. 2. Imol. ibi, vers. Nota*, inquit nè dum naturaliter teneri Principem ad obseruantiam contractus, sed etiam ciuilitè, *Aretin. & Felin. ibidem num. 3. Dec. conf. 186. num. 7. Rom. conf. 352. eleganter Bald. in l. Princeps n. 2 & 3. ff. de legi. dicens*, Principem contrahentem de iure gentium, & ciuili teneri, eo quod ciuili rationi, naturalis æquiparatur ratio, *l. bona fides, ff. de pos. Et si Princeps reluctaret adimplere contractum, aduersus iustitiam faceret non obseruando fidem, quæ eius est fundamentum, Tullio teste lib. 1. officior. n. 12. subditq; eam esse fidem, quæ consistit, vt dictorum; conuentorumq; sit constantia, & veritas, vnde cum principiam trahant conventiones à ratione naturali, quæ immutabilis est, nec per Principem tolli debet, de quo est *tex. in §. sed naturalia, Insti. de iur. natural. & vti benè obseruat Reg. Valenz. conf. 2. nu. 56. si Princeps non seruaret contractum, posset ex aduerso etiam non obseruari ex regula, qua habemus, frangenti fidem, fidem seruandam non esse, ad quod probandum adducit *tex. in l. 1. ff. de loco publico fruendo, cap. peruenit de in re iur. cap. si infidelis 28. q. 2. l. cum proponas, C. de pact. & in iure septempartito l. 28. tit. 11. p. 3. vbi insignis Gregor. in Schol. gl. 4. Spec. 10. 1. de Actore n. 17. Io. Andr. & Ant. de Butr. in c. sicut de iure iur. facit *tex. in l. si instituta ff. de inoffic. test. l. apud Celsum 4. ff. de dol. mal. & met. except. & notatu digna sunt in proposito, quæ expendit Rol. à Vall. conf. 1. n. 34. vol. 2. dum ait, fidem fallere, grauibus graue esse, grauioribus grauibus, & viciis exem-****

plaribus grauisimum, idè in Regibus, & Principibus plusquam grane esse, debentq; esse sicut polus in Cælo; & sicut lapis angularis habere vnã linguam, & vnũ calamum, non plures, & alios congerens tradit *Molina de Hispan. primog. lib. 4. cap. 3. num. 19. illis enim conuenit appositè illud verbum: Semel loquutus est Deus, & quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita, pleraq; alia more suo congerit Reg. Valenz. d. conf. 2. num. 78. & seqq. lib. 1. ad suadendam obseruantiam contractuum à Regibus, & Principibus, Dom. Consiliar. Prat. in 1. discept. forens. cap. 12. n. 20. inquit nullam esse maiorem iustitiam, quàm pacta seruare, dicente Prætorè, Pacta seruabo, vnde pactum habetur vt casus legis, & plusquam operatur, quàm statutum, et cap. 49. n. 53.*

Stante igitur ex prædictis firmitate contractus initi cum Excellentissimo Regni Prorege nomine Regio, super venditione officij Thesaurarij cum omnibus præheminentijs, & dignitatibus (vti modò indicauimus) quo pacto, quonè iure Domini Præsidentes eiusdem Tribunalis, in quo de emptione actum fuit, & eorum præbuerunt in votando sensum possint cõtra pactum, præcedentiã Thesaurario contendere, attempta Principis contrahentis enixa voluntate iureiurando conuallata, mihi persuadere non valeo, & cogor dicere: *Vnde minus timebatur, exorti sunt turbines.*

Hoc autem verum esse, & altera illa ratio confirmat, quia venditio prædicta processit in executionem approbationis factæ de persona Ducis emptoris ab ipsomet Prorege, qui non potest reuocare priuilegium, quod transiit in contractum secundum tenorem oblationis, *Alex. conf. 1. num. 11. vol. 4. Rolan. à Vall. conf. 25. num. 35. vol. 3. plenoque calamo consentiunt DD. conge- sti à Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. de iur. quasit. non tollen. concl. 5. num. 1. et 2. Traq. de iur. primog. quest. 35. n. 23 et seq. Rolan. à Vall. conf. 60. num. 17. vol. 4. et conf. 45. nu. 7. et 8. vbi adducto *tex. in l. fistulas §. fin. ff. de contr. empt. eam firmat propositionem, quod casus fortuito, & insolito debet adscribi, si quando Princeps conventiones, & pacta non obseruauerit, & iterum conf. 25. nu. 46. eod. vol. Enerar. in topic. legal. loco à pacto ad leg. nu. 7. ad eod quod absq; discrimine est admissum à Iureconsultis nequidem de plenitudine potestatis id fieri posse, vti post Bald. in l. 1. num. 1. ff. de pact. tradit idem Rol. à Vall. d. conf. 1. num. 28. vol. 3. expensis ad propositum verbis Aristotelis ad Alexandrum dicentis. O Alexander, obserua fidem datam, et fœdera confirmata; eaq; de causis**

Numa Pompilius fidei templum erexit, & construxit in Arce Capitolina, de quo *Alexand. ab Alexand. diergenal lib. 2. cap. 22. et lib. 6. cap. 11. verba facit.*

7 Quin amplius: attenta ratificatione contractus initi per Excell. Dom. Proregem, à Rege, augetur iustitia Theſaurarij circa præcedentiam, quia videtur ab ipſo Dom. Rege concessa, ex regu. *l. lege obtinere ff. de verb. signif.* Qui confirmat, dat, ideoq; efficitur immutabilis contractus, & concessio, secundum *Rom. conf. 98. relatus à Pappur. in in l. more n. 67. ff. de iurisd. omn. iudic. Afflict. dec. 248 n. 6. in fin. et n. 7. et super Const. Regn. rubr. 5. num. 75. et 84.*

8 Quò fit, vt si modò annuendum elset exco- gitata præcedentiæ à Dominis D. cano, & Præſidentibus Regiæ Cameræ, quam ipſi- met votantes concesserunt in vim contra- ctus Theſaurario, sub expressis, & prægnā- tibus verbis cōſultò à nobis superius enun- ciatis, licet censeantur expressa ea, quæ vsus quotidianus admittit, *l. quod si nolit §. quia assidua ff. de adilit. (dic. vbi latè Barthol. Veronens. Bal. in rubr. n. 17. C. de fid. instrum. & in l. contractus num. 20. eod. tit. & in l. errore num. 1 C. de testam. & in l. 1 num. 21 C. pro ſoc. Abb. in cap. cum M. n. 4. de constit. Boer. decif. 217. num. 6. ellet sane per ipſosmet destrui, seu mauiſ diminui illam prærogati- uam, quam contractus, lex, & Rex, median- te persona Dom. Proregis, Theſaurario tri- buerunt; quo quid monstruosius? quid ab- surdus?*

9 Suffragatur etiam Theſaurario non modicè ad victoriam certaminis obtipendam, vera illa, realis, ac pacifica possessio quam habuit præcedendi, de qua publicum exhibetur documētum ex nota facta per Secretarium Reg. Cameræ in libro Notamentorum iux- ta ipſius Tribunalis stylum, cui sanè ſtan- dum est, tam in iudicio, quàm extra, & ple- na adhibetur fides ad instar librorum pu- blicam vtilitatem concernentium, ex do- ctрина Bartoli in *l. quedam §. nummularios ff. de eden. Bal. in l. exemplo n. 5. in fin. & num. 2. C. de probat. Abb. in cap. ad audientiam n. 4. de probat. Crauet. conf. 158 a n. 5. bene Reg. Valenz. conf. 78. num. 90. vbi pluribus exor- nat exemplis.*

10 Quæ sanè possessio, non vi, aut clam proceſ- ſo fit, sed ipſis Dominis Præſidentibus præ- ſentibus, & minimè contradicentibus, nec hæſitandum est, quod si aliquod ius habe- rent contendendi Theſaurario præceden- tiam, instarent in illo actu, quod declarare- tur, ad eorum fauorem fuissent voto, & in ſcriptis protestati, discessissent à Tribunali, ne de consensu conuinci possent, vnde fit,

quod dum præſentes fuerunt, & non con- tradixerunt, consentientes extitere, vti pul- chre docet *Bald. in cap. 1. col. 1. verſ. Nota ex præſentia si de iuueſt. inter Dom. & vaſſall. lu- oriatuſ, in vsib. ſendor. Din. in regul. Qui tacet num. 8. de regu. iur. in 6. Caualcant dec. Fimizan. 12. num. 47. par. 1. Ceph. conf. 110. num. 12. lib. 3. Cagnol. in l. ſemper qui non prohibet n. 3. ff. de reg. iur. Molin. de Hispan. primog. cap. 2. num. 76. lib. 4. Velazquez in l. 44. Taur. Gloſ. 12. num. 1. Reg. Valenz. conf. 33. num. 197. in fin. ſubdens ex communi DD. placito eam eſſe rationem fundamentalem, *d. cap. qui tacet*, quod consentire videtur, quia præſa- mit lex, quod nemo præſens patitur iuri ſuo præiudicium fieri, quin contradicat, & reclamet. Quicquid de protestatione post- modum facta per ipſosmet Aduerſantes mediante persona Secretarij eiſdem Tri- bunalis Regiæ Cameræ certiorantis The- ſaurarium, de eorum præſentionibus, ver- bum faciant, cui mox ſatisfacere curabi- mus.*

11 Conſeruandus eſt igitur, & manutenendus Dom. Theſaurarius in possessione ſeu qua- ſi in qua reperitur præcedendi, cæteris lon- gè exaratis ex Aduerſo ad petitorium reſer- uatis, vtpotè aliori obnoxia diſcuſſio- ni, ſeu mauiſ celeri reiectioni (Etenim ex ſuperius enunciatis, & ijs quæ inferius ad- ducemus, nec in petitorio ius aliquod aſſi- ſtere Aduerſarij, pro certo habemus, ex communi Legiſtarum theorica deducta ex *tex. in l. naturaliter §. Nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. ibidem ff. ad exhibendum, Philipp. Franc. in cap. ad decimas de reſtit. ſpo- liator. in 6. Abb. in cap. cum olim de cauſ. poſ- ſeſſ. & propr. & in cap. conſtitutis lo 2. col. pe- nul. de appell. alijque quos referens, ſequitur Ferret. conf. 355. n. 8. tom. 2. Caſar de Graſſis decif. Rot. 103. num. 6. Menoch. die arbitrar. Iu- dic. caſ. 20. num. 6. lib. 2. plura per Azem. in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil. n. 2. & 3. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 4. par. 5. & in l. 2. verſ. Luego ut. 14. part. 6. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. num. 15. & 16. Dom. Praſ. de Franck. dec. 9. num. 6. Reg. de Pont. conf. 14. num. 67. & ſeq. lib. 1. Reg. Valenz. conf. 82. num. 84. vbi quod, conſeruari, & manuteneri quis debet in possessione, ſeu quaſi Honoris, in qua repe- ritur, ſemper enim manutentio poſſidenti concedenda eſt, quia fauorem continet, ſi- ſue colorem poſſidendi habeat, ſiue non. Oltrad. conf. 222. num. 3. ante ſinem verſ. Nun- quam autem, Rot. Rom. apud Ludouif. dec. 105. num. 20. & decif. 197. num. 1. vbi ſatis nota- biliter tradit; poſſeſſionem eſſe manuteni- bilem, quomodocumque capta fuerit, ſiue cum mandato Iudicis, ſiue abſque ipſius man-*

mandato, *Peregr. de iur. fise. lib. 1. §. Hactenus* n. 60. & *lib. 6. tit. 4. nu. 13.* ea expensa ratione, quia iura præsumunt pro eo, qui possessionem habet, non autem pro eo, qui non possidet, *l. 1. in fin. cum seqq. ff. ut possidetis. §. Sed interdicto,* ubi *glos. verb. Clam.*, *Instit. de interd. Ceph. conf. 172. num. 5. & conf. 186. num. 2. tom. 2. Dom. Conf. Prat. in 1. forens. cap. 38. nu. 4. & 5.*

Suffragatur etiam prædictis attestatio eximij
12 vici in maxima æstimatione in Regno habiti, *Marc. Anton. Surg. de Neapol. illustrat. cap. 27. num. 43. in fin. & num. 45.* ubi fidem adstringit suam, Thesaurarium generalem Sellam habere in Collat. Consil. in quo statuta die Veneris cuiuslibet hebdomadæ accedit Regia Camera pro tractandis negotijs Regalis Patrimonij, & primo loco vota reddere Præsidentes, secundo Thesaurarium, tãquam Digniores, & deindè Dom. Locumtenentem, & tandem Dominos Regentes, ad eò quod apparet digniorem reputari personam Thesaurarij, & præcedere Præsidentibus, cui sanè attestatiõni maximè deferendum est, quia nullum habens interesse, sed pro veritate scribens in peculiari tractatu, non consulendo pro alijs spe lucri, aut alicuius amore, siue precibus affectus, de solito, & obseruantia præcedendi in casu currenti calamum adaptat, vnde redundat veritas, & iustitia Thesaurarij, argumento ducto à solito, & consueto, vti DD. insinuant, & plures formant theses in *l. si quis donaturus,* & ibi *Glos. ff. de vsufr. l. ut liberis in fin. C. de collation. Burgos de Paz q. 2. num. 75. Rol. à Vall. conf. 81. num. 30. liq. 4. Ceph. conf. 77. n. 30. lib. 1.*

Præterquàmquod: de eiusmodi præcedentia
13 liquet ex libro Notamentorum eiusdem Regiæ Cameræ, in quo est adnotatum de anno 1609. die 9. Ianuarij Thesaurarium interuenisse, & votum suum reddidisse in causa præcedentiæ ortæ inter Secretarium dicti Tribunalis, Rationales, & Procuratorem Fiscalem circa præstationem iuramentij, & licet non appareat quem locum in sedendo obtinuerit Thesaurarius, reperitur de hoc facta individualis nota in personam D. Coronæ Capycij Galeota, qui possessionem Officij Thesaurarij Generalis cepit in anno 1635. sub die 24. Aprilis, & Sellam obtinuit primam post Decanum, qui de hoc minimè contentus utpotè, qui primum sibi locum deberi non excepto Decano prætendebat, protestatus de hoc fuit expresse, obtato libello eadem die omnibus Præsidentibus audientibus, vnde luce claritè elucescit veram, & solidam fuisse in hoc scriptionem, *Surgens*

loc. cit. non minus à subsequuta obseruantia conuallata, quæ mirificè prodeit ad declarationem cuiuscumq; dispositionis, vti admissum statuitur in *cap. cum dilectus de consuetud. Laurent. Siluan. coh. 88. num. 28. lib. 2. Ceph. conf. 28. n. 32. lib. 1. Zas. conf. 14. d. n. 86. lib. 1. Guttier. conf. 2. n. 10. iuxta l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de edil. edict. vbi plenè Cepoll. l. fin. C. de fideiussor. Joseph Ludou. concl. vnic. de consuet. Flam. Cartar. dec. 67. num. 20. 28. & seqq. Alex. Rauden. conf. 17. n. 44. Perez de Lara de anniuersar. cap. 5. n. 49. l. 1. vbi DD. passim, C. quæ sit long. consuet. Reg. Valenz. conf. 139. n. 3. lib. 2.*

Nec aliter, aut sub alia forma potest excogitari, quod sit concessum officium nostrum
14 Thesaurario, nisi sub ea, quam consuetudo declarauit, & interpretata est, quamq; vigore contractus initi, inter ipsum, & Regiã Curiam obtinuit, de quo non potest vlla oriri controuersia, quando DD. omnes id admittunt in casu fortiori, quando scilicet ignoraretur, qualiter concessa fuerint officia, vt in dubio elargita videantur secundum obseruantiam super eo habitam, Ecce *Barp. in l. Magistratus, ff. ad municip. quem sequitur Ludou. d. concl. vnic. de consuet. illat. 99. Paris de Put. de Indicat. verb. Consuetudo n. 6. Franc. de Clapper. caus. fiseal. 35. q. 1. nu. 6.* Nouitates namq; non sunt inducendæ in derogationem consuetudinis tanto tempore in eodem officio Thesaurarij obseruari, secundum *Aristotel. lib. 2. Politicor. cap. 6. Rol. à Vall. conf. 9. n. 20. vol. 4.* Et vt verum verè fatear: nouum est hoc, quod ex Aduerso prætenditur, & non mediocris causatur admiratio, iuxta exarata per *Cassiodor. lib. 12. Epist. 25.* his verbis; *Plerumq; solliciti sunt, qui mutatos rerum ordines intuentur, quia sepe protendunt aliqua, quæ consuetudini probantur aduersa, & vti inquit Lucianus lib. 1. historiar. pag. mibi 125. Sapenumero etiam mutatio in melius, maiorum malorum consuevit esse principium, maximè quia ad sensum Taciti lib. 15. annal. à quo habuit Lipsius lib. 4. Politicor. cap. 9. Super omnibus negotijs, melius, atq; rectius olim prouisum, & quæ conuenterentur, in deterius mutari, vnde Plutarc. ea de causa in vita Crassi, & Lipsius in lib. aduersus Dialogistam, consulunt non esse temerè. prisca innouanda, Cassiodor. lib. 2. Epist. 4. vbi inquit, Delectamur vetustatis exemplo, & sequi regulas constitutas libenter amplectimur, quia locus surreptionibus non relinquitur, quoties rationabiliter constituta seruantur, & idem in lib. 10 Epist. 23. rationem reddit illic, Quia semel bene inita, nulla debent occasione suspēdi. Nec faciliè credendum est Thesaurarium ad officij emptionem accedere voluisse, nisi*

ea priuilegia, quæ eius Antecessoribus concessa fuerunt, sibi ipsi confirmarentur; sedulo peculiari pacto, cum quo contraxit; Nemo enim præsumitur iactare suum, *l. c. de debito, ff. de probat. cum alijs concordantibus*. Cuius rei attestacionem quoque faciunt, *D. Reg. Galeot. respons. fiscal. l. n. 14. & Index Tasson. in Schol. super Pragm. de antepbat. vers. 3. obseru. 3. n. 356.*

Quibus *Marc. Ant. Surgen. D. Galeot. et Tasson.* licet conixus sit satisfacere, eorumque fidem labefactare *Dom. Decan. Reg. Cameræ in eius Respons. ex n. 73.* attamen ex alijs illa redarguere satagit, non autem quoad dictum de præcedentia, de qua est questio, uti apud ipsum videre est, ne insulse membranas in eius dictis repetendis, siue confutandis occupemus, & nauseam legentibus inducamus, & perbellè facit *Consultus in l. minime, ff. de legib. Mutanda ea non esse, quæ certam habuerunt legem, & consuetudinem, seu interpretationem, uti exemplificant DD. præsertim Barbat. conf. 61. n. 37. lib. 3. Mendell. conf. 61. n. 13. Marin. Frecc. de present. instrum. p. 8. q. 2. nu. 11. Rol. à Kall. conf. 35. n. 15 et conf. 80. num. 5. lib. 4. Capoll. conf. ciuil. 34. n. 6.* ea ducti ratione, quia difficilis habetur reuocatio eius, quod longam habuit obseruantiam, ad *tex. in cap. contingit, illic, si fuit aliquot annis obseruata, de transact. & admissum quadrat text. in cap. audita de restit. spoliat. vbi non præsumitur derogatum sententiæ longo tempore obseruatæ, Crau. conf. 42. n. 3. et conf. 151. n. 30.* & in thesi nostra apparet de consuetudine præcedendi Thesaurarium, Præsidentes Regiæ Cameræ plusquam 50. annorum inter capedine.

Hinc corollariè inferimus, neutiquam rerum mutationem præsumi (quatenus dubia res esset) *l. eum qui, ff. de probat. l. item quaritur in fin. ff. locat. l. cum hic status in princ. ff. de donat. inter virum, et vxor. cap. maiores de baptis. l. sancimus, vbi Ias. notab. 4. Cod. de test. Alciat. respons. 359. nu. 5. Alex. in l. de tutela nu. 11. C. de in integr. rest. Et in dubio, quod reuocatio priuilegiorum non præsumatur, tradit *Calderin. conf. 11. de priuileg. sub n. 1. col. 2. Mandos. super regul. Cancellar. reg. 4. q. 7. n. 16. Vincen. de Franck. dec. 125. nu. 5.* Et quod non mutatur, quare stare prohibetur? cecinit *tex. in l. præcipimus, C. de appell.**

Eò ampliùs: quia correctum, & mutatum non dicitur, quod non est expressè reuocatum, *cap. cum expediat de elect. Barbat. conf. 34. n. 3. lib. 3.* vnde inquit *Gonzal. loc. cit. Glos. 9. §. 2. n. 29. et seqq.* Semper esse assumendas coniecturas, & præsumptiones, quibus non vi-

deatur Princeps auferre, quod semel concesserat, & (hic est casus noster) quia decem Principem, priuilegium esse manuum, vbi beneficium, & ab omni diminutione extraneum, *cap. docet de reg. iur. in 6. Auth. Constit. qua de dignit. §. illud collat. 6. Roder. Xuar. conf. 10. n. 52.*

Ex quibus, ruunt adducta per *Aduersarios num. 94. vers. Sed dato, de mutatione rerum 18* & temporum circa præcedentiam Thesaurarij, quam indubiam Nos demonstramus, & eò validius, dum ipsi adstruunt per longum tempus, & per non usum amitti priuilegia, & induci tacitam reuocationem. Nam præter modò adducta contrarium tenuerunt DD. aientes, quod si habens priuilegium, eò nunquam usus fuerit, non per hoc illud amittit, nisi constet illi esse derogatum, vel per actus contrarios, vel partiè consensu, vel alia via amissum, quam derogacionem, vel amissionem tenentur probare, qui priuilegium impugnant, & eorum onus erit probare, quod alias in contradictorio iudicio fuerit iudicatum aduersus priuilegium, & quod hoc priuilegium vbi casus accidit, nunquam fuit in usu, vel alias inualidum, alias stabit priuilegio, etiam si per centum annos quis usus non fuerit, ita in terminis proposito casu per *Cons. Gixzar. dec. Consil. Neapolitani 73. num. 2.* cuius verba mutuatus sum, tradit esse de iure per *Glos. communiter receptam in cap. vt priuilegia 24. §. illud, in verb. Semel in anno, vers. Sed si centum annis, extr. de priuileg. itaq; fuisse decisum per illum Senatam, d. num. 2.* non obstantibus ijs, quæ ex Aduerso adducebantur, n. 1. apud ipsum videnda; ne in re tam clara fibrias dilatare videamur.

Quæ omnia conuincunt, nullo iuris, siuè facti fundamento sese opponere DD. Præsidentes, *D. Thesauraria*, cum nullam habeant pro ipsis præsumptionem, contrarium usum, mutationem, seu euerisionem concessionum ad contrauertendam præcedentiam sibi, uti suis Prædecessoribus clargitam, & obseruatam.

Ijsque non parum conducit obseruantia Curie Rom. circa præcedentiam Thesaurarij, de qua sermonem facit alter Collega meus in hac Curia in responsione ad scripta per dictum *Dom. Decanum, vers. Habentes etiam, cum pluribus seqq.* vbi doctè, quidem ex more suo materià eiusmodi præcedentiæ conuclat in fauorem Thesaurarij nostri, æquiparando authoritatem Thesaurarij Regni, cum Thesaurario Papæ, quæ dantur, DD. iudicantibus, & Nobis cordi non est aliena pro nostris venditare.

Transgrediamur nunc ad ea, quæ lato quidem ca-

21 calamo adstruxit Dom. Decanus de origi-
 de Thesaurarij; siue Quaestoris n. 1. ad 19.
 vsq; antiqua referens tempora, & Anthores
 veteres, vbi aded tenuem, & pusillam hu-
 iusmodi Officij auctoritatem insinuat, vt
 mirandum profecto fit, qua de causa possit
 reperiri vir Nobilis, ad huiusmodi dignita-
 tem aucupandam; Profecto (ni dixerim) vt
 variae lectionis eruditum se se ostenderet,
 eiusmodi assumpto incubuisse, excusatione
 dignus non esset, maxime dum causam,
 Collegarum, & eius propriam sustinet;
 sed ex Aduerso ictu oculi dignitatem, &
 praerogatiuam tanti officij Nos luce luci-
 dius demonstramus, & in primis se offert
 Doctor Laurentius Mattheu in celebri tract. de
 regim. Regn. Valentiae cap. 2. §. 2. nu. 183. qui
 libet cum perpauca innotescat, eius verba
 transcribere, operae pretium facturos Nos
 existimamus, Locumtenens Thesaurarij (in-
 quit hic Author) sicut Regens creatus fuit, vt
 exerceret in Regno ea qua ad Vicecancellarium
 pertinebant, ita institutus fuit vt gereret perti-
 nentia ad generalem Thesaurarium, qui adest
 in supremo; Iste enim teste Bellug. in Specul.
 Princip. rub. 6. n. 7. & cum eo Borrell. lit. H. est
 verè Quaestor Ararij, Karro lib. 4. de lingua
 latina, Fenestell. de Magistrat. Romanor. cap.
 3 alios congerens; Et subsequitur, Habet enim
 interuentum in supremo in omni negotio regimi-
 nis, & gratia, soletq; esse vnus ex Magnati-
 bus proximioribus Principi, In Regno enim
 Locumtenens ipsius in eius locum est susceptus,
 & est ad instar Quaestoris Prouincialis, de quo
 Rosin. antiquit. lib. 10. cap. 45. Hæc ille.

Vt hinc coniecturandum sit; Officium The-
 saurarij quantæ existimationis sit, & quan-
 tum aberret, qui contrarium, sibi, aut alijs
 persuadere laborat.

Quodq; Thesaurarius nedum magnæ sit au-
 thoritatis, sed quod etiam in remissionibus
 22 concedendis interuenire debeat in Regno
 Aragoniæ vnâ cum Regente Regiam Can-
 cellariam testis est locuples D. Christoph.
 Crespi in obseruat. illustr. cap. 3. n. 258. et seqq.
 pag. mibi 168. col. 2.

Quæ omnia ex exteris excerpta, vt cum No-
 stratis conferamus, nulli dubium faciunt
 23 de auctoritate, & præheminentia Officij
 Thesaurarij, & ideo iuri, & cõsuetudini, ac
 obseruantia repugnat, vt Regiæ Cameræ
 Præsidentes præferri cõtendant, tam in se-
 dendo, quàm in vocando Thesaurario; Si-
 quidem obseruantia attenditur ad intelle-
 ctum cuiusuis dispositionis; secundum Ri-
 min. in l. 1. nu. 10. ff. de offic. erus, cui mandat.
 est iurisdictio, Cas. de Graf. decis. 2. de elect. n. 3.
 & dec. vnic. de Magistr. num. 5. & 6. Guttiar.
 conf. 2. num. 10. & in 3. pract. quest. 16. nu. 75.

Zaf. conf. 14. à nu. 86. lib. 1. Crau. conf. 101.
 num. 7. Rom. conf. 271. num. 4. Gonzal. ad reg.
 8. Cancellar. glos. 5. §. 7. num. 87. & est tex.
 in l. 3. C. de adif. priuat. illic, Probatis vs, quæ
 in oppido frequenter in eodem genere contro-
 uersiarum seruata sunt, l. 1. vers. Impubes ff. ad
 Senatus Conf. Syllan. Cauall. commun. contr.
 commun. tom. 3. quest. 762. num. 16.

Hinc est, quod licet Aduersarij extollant ve-
 24 teribus è sæculis repetita memoria, aliter
 fuisse obseruatum in eiusmodi præceden-
 tia, etiam si Nos ei manus demus, attamen
 verum est in iure vltimam obseruantiam
 primam tollere, vt aduertit Rom. conf. 102.
 Bertrand. conf. 263. vol. 2. Corset. lib. 2. inda-
 gation. iuris cap. 28. eum. 3. qui DD. vnanimi
 consensu tradunt, eam esse omnino atten-
 dendam, Reg. Valenz. conf. 78. num. 61. lib. 1.
 & aded patet vltima hæc obseruantia,
 vt non illepidè dixerim; Quod oculus videt,
 nemo fideliter negat, secundum Bald. conf. 388.
 n. 6. lib. 1. Affl. dec. 23. nu. 6. Calcan. conf. 81.
 à n. 7. Hyeron. à Mont. in tract. finium regun-
 dorum cap. 30. num. 3. & seqq. & dicebat op-
 timè Nicetus Choniates in Annalib. Alexij Cõ-
 neni lib. 1. ibi: Aures non videre ipsam rem,
 sed alienarum linguarum, & sæpè aduersarum
 strepitum conseruare, visum verò certum esse
 eorum arbitrium, & pluris esse, vt ait Comi-
 cus, vnus oculatum testem, quàm auritus de-
 cem, qui non alieno testimonio, sed suo experi-
 mento nitatur.

Quorsum plura? Nonnè (vti superius adoo-
 25 tauimus) Thesaurarius noster in possessio-
 ne seu quasi sedendi, & votandi pacificè
 hodie reperitur, etiam ipsis Aduersarijs
 præsentibus, & consentientibus? in propa-
 tulo res est; vnde mirificè conserunt, quæ
 DD. tradiderunt in materia præcedentiæ,
 quod vltimus status, siue actus attenditur,
 ad tex. in l. Mela vers. Sed si alimenta ff. de
 Cibar. legat. Anna alleg. 131. num. 1. vol. 2.
 Matthaus in Annot. ad Guid. Pap. decis. 252.
 Reg. Valenz. conf. 108. num. 78. vers. Et cum,
 lib. 1.

Quid dicendum de allegata protestatione fa-
 26 cta per Contradictores, mediante persona
 Secretarij eorum Tribunalis à Nobis supe-
 rius hoc eod. respons. indicata post captam
 possessionem? Quæ sanè protestatio de iure,
 facientis animum, & intentionem declara-
 re consuevit, l. si quis, l. si ex aliena §. Celsus
 ff. de acquir. hered. l. Nefennius ff. de negot. gest.
 Paul. de Castr. in l. sin autem §. in repetita ff. de
 retuen. Surd. de alim. tit. 6. q. 8. num. 37. eiusq;
 iura conseruare, l. si debitor ff. quib. mod. pign.
 vel hypoth. solu. l. non solum §. morte ff. de nou.
 oper. nunciat. l. libera quadam Theologia, vbi
 Glos. C. de senten. & interloquat. omn. indic.
 Zaf.

Zaf. conf. 13. n. 40. lib. 1. Ferret. conf. 16. nu. 17. lib. 1.

Notram adstringimus fidem, facillimè eiusmodi obiectum diluit ex facto, sicuti, & alijs satisfactum putamus (ni Clientis Nos fallit 27 amor) siquidem DD. Præsidentes non ignari obseruatæ præcedentiæ in beneficium Theſaurarij, in actu captæ possessionis, nihil opposuerunt, & consensum præstiterunt per taciturnitatem, & patientiam, à quo modo resilire non valent, *cap. quod semel de reg. iur. in 6. cap. per tuas de probat. vbi Canonista, palsim materiam exornant, l. generaliter C. de non numer. pecun. idè ipsis impu- tandum, secundum Glos in cap. 1. verb. Neces- sitatem 21. q. 1. Rot. Rom. decis. 56. num. 11. p. 2. diuersor. et dec. 230. num. 5. par. 1.*

Nec præsumendum est ex parte Contradi- 28 ceutum, quod per errorem decepti non dissentierunt, ideoque non imputandum fore, si tunc non fuerunt protestati, quini- mò admittendos esse ad eorum iura proponenda ex errore facti, quod in quolibet etiam prudente viro admittitur, quia facile est vt accedat, ad *tex. in l. final. ff. pro suo, l. regula ff. de iur. fact. ignor. § si quis agens Inst. de action. Ceph. conf. 137. nu. 76. lib. 1. ex quo consensus ex facti errore excluditur, l. si per errorem ff. de iuris. omn. iudic. Alex. conf. 23. num. 10. lib. 7. Soccin. iun. conf. 3. num. 28. vol. 2. obseruant etenim DD. ad *tex. in l. cum testa- mentum l. non idcirco C. de iur. & fact. ignor. l. sed hoc ita ff. de aqua plu. arcen. nullam esse in errante voluntatem, & licere utiq; vel facti proprii errorem allegare, vel oppone- re, secundum Glos. & Bart. cui omnes, vt est in adagio, vt Bononienſes Carrotio adhæ- serunt, in l. eum de indebito ff. de probat. Dec. conf. 63. in fin. lib. 1. Alban. conf. 81. n. 6. cap. nosti de elect.**

Eliditur etenim eiusmodi assertio, quia non 29 perfuntoriè, & oscitanter fuit concessa, sedes, & præcedentia Theſaurario per ean- dem, & in eadem Reg. Cam. Aduersantibus ipsis præsentibus, sed cum causæ cogniti- one, & facta perquisitione per Secretarium de obseruantia in similibus, nulla habita contradictione, nec quidem orto scrupulo, vnde error facti allegari non pò- test; Nec tantillum operari potest ad præsens serotina illa protestatio informi- ter facta post expletum actum, quia vi- detur contraria factomet captæ posses- sionis, quia ex eorum scientia, & patientia nedum approbatio actus emerſit, sed con- sensus legitimus, & præiudicialis inductus, ad *tex. in § si pater, vbi Aldobran. n. 7. Instit. quib. mod. ius patr. potest. solu. imò antiqua illa possessio præcedendi ex libris Tribu-*

nalis excerpta, præsumitur habere iustitiæ permanentem, *Bald. in cap. 1. § cum autem, de controu. inuest. n. 6. et seq. Rol. à Vall. conf. 3. n. 96. vol. 1. & præ ea præsumitur vt ex cap. licet causam de probat. tradit Hieron. de Tor- tis inter consilia Alex. conf. 192. num. 1. vol. 3. idem Alex. conf. 89. num. 9. et 15. lib. 5. et conf. 110. n. 1. vol. 1. Menoch. de recp. poss. remed. 15. n. 389. Marcell. Fortun. in tract. de veritat. et error. n. 239. p. 1. Ancbar. conf. 188. n. 5. Cum- mia in Rit. M. C. cap. 38. n. 151.*

Et tandem si concedamus ritè, & in tempore peractam protestationem fuisse proficua, 30 quid operabitur? non aliud nisi iurium re- seruationem, vt si quod ius habet is, qui eam facit, illud conseruet, & si nullum ius habet, conseruet nihil, *l. si quis legauerit, ff. de lega. 1. Oldrad. conf. 24. Crau. conf. 29. col. 3. vers. Ex præmissis lib. 1. et conf. 1. et cõs. 127. 2. col. vers. Tertio quæritur, et conf. 144. n. 15. vers. Super quò dubio col. 4. Socc. conf. 287. n. 2. lib. 2. Ruin. conf. 99. n. 10. lib. 1. Dec. conf. 343. col. fin. uers. Et alia uerba, Decian. resp. 12. nu. 26. to. 2. D. Præs de Franch. dec. 540. num. 15. Greg. Summus Sacrorum Antistes decis. Rot. 347. n. 22. inquiring non esse inconueniens; quod reseruatio nihil operetur, vbi ius re- seruanti non competit, imò ipsius reserua- tionis naturæ ita conuenire nihil operari, si ius reseruatum non subsistit, quemadmo- dum operari si subsistit, ex doctrina Angel, conf. 15. sub n. 2. uers. Natura enim reserua- tionis, quorum memor fuit Dom. Conf. Præs. summa doctrinæ vir, & eruditione prædi- tus, quem Nos Romæ vidimus, & non sine delectu cum eo alloquuti sumus, in maxi- ma existimatione in hac Vrbe habitus, ob eius ingenij plura documenta typis expre- ſa, quæ passim Rot. Rom. in eius decisionibus allega. reconſuevit in 1. discep. forens. cap. 34. num. 7.*

Cum igitur tot scateat mendis eiusmodi alle- gata protestatio, & ex aduerso tot vigeat iuris, & facti probationibus Theſaurarij possessio, suimet macerie ditabi decantatam protestationem, haud diffitemur.

Pro coronidè suscepti huius muneris ad susti- nendam Theſaurarij aciem in hoc præce- 31 dentæ conflictu, dispiciamus quænam sit præsentio Dom. Decani, vt sellam habeat in Collaterali Consilio, vt habent Domini Regentes Cancellariam Regni; Nam si intendit præcedere in Tribunali Reg. Cameræ, iam vti Decanus præcedit, & nihil ei oppugnatur; De Sella verò in Collatera- li obtinenda, nullum habet Theſaurarius interesse, & sic quò ad ipsum Theſaurariu liberat ædes habet, & summopetè lætabi- tur, si obtineat: iurgium instruat coram-

Do-

Annot. ad Dec. R. Moles §. 29. de Orig. Præs. &c. 55

Dominis Regentibus, circa quod non est Nobis datum, vt verba effundamus, rectè siquidem agnoscimus quibuslibet dignitatis infulis Dom. Decanum dignum fore: satis erit Nobis, si prosligatis jis, quæ ad ducta sunt ad turbandam præcedentiam. Thesaurario, victoriam consequamur, vt ab omni molestia is eruatur, pluribus consultò prætermisissis, nè in re tam clara, nimij videamur. Romæ 10. Maij 1670.

AD §. XXIX.

De origine Præsidentium, ac Locumtenentis Regiæ Cameræ, eorumq. immunitatibus, & priuilegijs.

ANNO TATIO,

SUMMARIVM.

Magni Camerarij auctoritas, ac emolumenta, que sint, n. 1. & 2. & an sit immunis à gabellis, etiam causa commercij, n. 3.

Locumtenens Magni Camerarij præst R. Cam. Tribunali, eiusq. dignitas magna, n. 4. & 5. eorumq. Catalogus, remissiuè, n. 6. ac laudatur hodiernus Locumtenens, ibid.

Locumtenens R. G. siest absens, an Præsidentes per hebdomadam exercent, n. 7. & an se subscribere possit cum signo, vulgò stampiglia, n. 8.

D. Annibal Moles Regens, & harum decif. Author, an fuerit Magn. Cam. Locumtenens, n. 9.

Præsidentes R. Camera, cur ita vocentur, & quas habeant prerogatinas, à nu. 10. ad 14.

Immunitates, ac emolumenta Fiscipatroni, Secretarij, Procuratoris fiscalis, ac Rationalium, qua sint, à n. 15. ad 17.



Utrè septem Regni officia, quartum obtinet locum Magni Camerarius, qui est Supremus omnium Procuratorum fiscalium,

Magistrorum Camerariorum, Doha-

neriorum, Portulanorum, aliorumq. Fiscipatris introitus percipientium; eiusq. antiqua auctoritas præcipuè patet ex Capitulis huius Officij, in fine superioris §. 27. transcriptis; Habet hodiè pro suo stipendio annuos ducatos 2190. & à Regia Curia sestertertia, scè rotulos triginta sex Sacchari, & Salis viginti quator modios, ac tres feni cordas, est immunis à tertiaria ferri pro vsu, & à iure bonatenentiæ pro bonis stabilibus in Regno possessis; iuris capeti emolumenta exigit ab Officialibus Regijs, qui in locis demanialibus destinantur; à Baronibus, scè feudatarijs Regni tarenos quatuor pro qualibet vncia feudaliu prouentuum tempore mortis Baronis, teste Topio de orig. Tribun. par. 3. fol. 505. num. 160. & Nos in annot. ad §. 22. de iure capeti.

Imò ipse Magnus Camerarius (pro ut ceteri Domini de septem officijs) est immunis ab omnibus gabellis, etiam causa commercij, vt tradit noster Author hic n. 14. & notat Thor. in compend. decif. ver. immunitate collectarum par. 1. Vnde cum in Ciuitate Sypontina, siuè Manfredonia, eiusq. districtu, exigeretur ius summarij granorum decem pro quolibet curtu frumenti, & gr. quinque pro qualibet vncia valoris ipsius frumenti; Per Reg. Cam. mandatum fuit, quod pro frumentis peruentis ex rurbibus Magni Camerarij, repositis in foueis, tanquam Magnus Camerarius, vigore priuilegiorum non solueret, ex literis R. C. expeditis die 21. Iunij 1467. in Reg. com. 2. fol. 265. & vide sit. Thor.

Eius tamen iurisdictionis exercitium (dignitate, & prædictis emolumentis tantum retentis) residet hodiè in Locumtenente, qui est Tribunalis caput, & non solum ab ipso Rege eligitur, Frecc. lib. 1. de feud. tit. de Offic. Magn. Cam. n. 13. & ex prag. 1. de offic. pron. cum mercede duc. 2150. sed tanti æstimatur eius dignitas, vt ex Supremis, ac intimis Ma-

gi-

- gistratibus ad Regis latus assidentibus soliti sint eligi, teste *Reg. Galeota resp. fisc. 1. num. 59.* & si est Reg. Cancell. Regens, in causis ad Regium patrimonium attrinentibus, non fungitur autoritate Regentis, sed sola potestate Locumtenentis Regie Cantaræ, secundum *Reg. Sanfel. decis. 290. sub num. 7.* Imò Regentes Supremi rerum Italicarum Consilij in Hispanijs ut plurimum eliguntur; & ferè semper essent eligendi ex ipso cætu R. Cam. Præsidentium, quippè qui sunt de Regij Patrimonij, & Regni rebus optimè instructi, teste *R. Galeota lib. 1. controu. 22. n. 28.*
- 6 Quorum Locumtenentium aliquot referunt noster *Author hic à n. 23. ad fin. ac Tasson. de antef. vers. 3. n. 142. & 143.* & longa serie recensent *Nicol. Top. de orig. Trib. par. 1. lib. 4. c. 7. & Conf. Altimar. sub anagrammatico nomine Tobia Almagiore in recoll. hist. inserta post tom. 4. Summont. edit. anni 1675. fol. 113.* & deindè addendi sunt integerrimus *Dom. Regens D. Antonius de Gaeta* Eques Ordinis Calatrauæ, ad Regiam Cancellariam regendam meritissimè adscitus; & *Dom. meus Reg. D. Sebastianus de Cotes, & la Carcel,* præstantissimus Eques, ac omni virtute præditissimus I. C. Hispanus, qui hoc anno 1692. huic Supremo Tribunali dignissimè, ac integerrimè pro Regio Arario, ac insimul pro Iustitiæ tutamine communi omnium plausu præest.
- 7 Ipso autem Locumtenente absente, Præsidentes alternatim per hebdomadam eius officium exercent, cum autoritate subscribendi pro Magno Camerario, ut ex instructionibus Regis Fæderici, in *pragm. 8. & 11. de offic. Proc. Cas.* Et anno 1600.
- 8 fuit per R. Cameram prouisum, quod absque Regia dispensatione non liceret *Dom. Reg. Ferdinando Fornario,* eiusdem R. Cam. Locumtenenti, se subscribere cum signo, vulgò *Stampiglia,* ut ex *Arrest. 534. seu 535. apud R. de Marin. referret Consil. Rocc. de off.*
- rub. 4. num. 32.*
- 9 Prout *Dom. Regens Author* noster, cum esset Reg. Cam. Præsident, pro Magno Camerario quoque adfuit, ut memorat *cit. Conf. Altimar. & Nos* vidimus eius subscriptionem anno 1573. factâ pro *M. G. licet Constantin. Casar. peregr. quest. 50. n. 28.* alstra fuisse illum Locumtenentem, ibi: *Grauiissimus Senator D. Annibal Moles, postea Regens Cancellariam, & Magni Camerarij Locumtenens.*
- 10 Præsidentium verò originem in antecedenti §. elucidauimus, cum Magistri Rationales, pleriq; nobiles, & plusquam sexaginta, non semper in Tribunali interuenirent, & inde factum, ut residentes in banca, seu Præsidentes, Magistri Rationales Præsidentes vocarentur, demum per Sereniss. Regem Alphonsum illorum officium plenariè in Præsidentes fuit translaturus: qui Sacri Aerarij Præsidentes appellantur in *L. C. de Aduoc. fisci.*
- 11 Præsidentes habent quoq; plurima emolumenta, nempe pro eorum prouisione annuos ducatos 570. *Top. d. par. 1. cap. 5. & in Consultatione R. Cam. sub die 30. Maij 1550. in Reg. Consult. Cur. 1. fol. 69.* refertur Exc. Proregi, quod habent iura declaratoriarum, sunt immunes ab adohis pro bonis feudalibus, & à iure tertiariæ ferri pro vsu, ac in omnibus Dohanis, & passibus Regni pro bonis omnibus pro vsu, & victu familiaris, & à iure bonatenentiæ, pro bonis in Regno possessis, vltra duodecim sestertia, vulgò *rosulos* Sacchari, seu triginta sex libras, & sex salis modios, & fæni cordam pro vsu domus; Quæ *Consultatio* legitur quoq; in *Arrest. 643. apud Reg. de Marin.* eamq; referunt noster *Author hic nu. 7. Tasson. de antef. vers. 3. obs. 3. n. 149. R. Galeot. d. resp. fisc. 1. n. 64. & 65.*
- 12 Et licet *Thor. ubi supra,* dicat, esse immunes etiam causa commercij; at tamen & rectè Nos contrarium diximus in *annot. ad p. 1. S. 2. q. 4. n. 21.* & docet *Auth. hic n. 15.* adeò ut hæc immu-

Annot. ad Dec. R. Moles §. 29. de Orig. Præf. &c. § 7

- immunitas Præfidentium debeat taxari per R. Cam. pro usu ipsorum, ac familiarum, ut in pragm. 75. §. 72. de off. Proc. Cæs.
13. Sunt etiam ab antiquo tempore immunes à iure sigilli, ut declaratum fuit per R. Cam. in d. Arrest. 643. qua immunitate gaudere etiam eorum filios, ac uxores, prout ipsi Præfidentes, ac Rationales, fuit per plura R. C. Arresta declaratum, ac docent R. Reuwerter. decis. 395. & Nonar. p. 1. q. for. 98. vbi à n. 6. aliter dicendum fundat, quoad filios illegitimos.
14. Itemq; habent iura Crystallorum ab Arrendatoribus, siue ipsorum pretia, ac vitulas, quæ præstantur in officiorum venditione, ac declaratorijs pro liberatione Officialium Fiscalium, ac duplicata percipere Locumtenentem, & Commissarium, refert R. Galeot. d. resp. fisci. 1. n. 67.
15. Aduocatus fiscalis immunis est à functionibus fiscalibus debitis super bonis ei obuentis, etiam ex causa dotis, Tasson. d. loco n. 146. Non tamen gaudet iure declaratariorum, teste R. Galeot. d. loc. neq; Procurator fiscalis, idem R. Galeota lib. 2. contr. 11. n. 43. vbi rationem esse putat, ne liberatus à rationibus, suo aduersario mercedem soluat; gaudere verò iuribus Crystallorum, & vitularum, tradit *ibid.* n. 41.
16. Et in eodem *regeſto* *Consuls. Cur.* 1. fol. 79. notatur, quod Secretarius
- R. Camerae eadem fruitur immunitate, quoad iura tertiariæ, dohanarum, bonatenentiæ, salis, & sacchari; Rationales verò, sicut Secretarius, Procurator fiscalis, & Archiuarius, sunt immunes à bonatenentia, *Top. d. lib. 4. c. 5. n. 8.* Et hunc saltem, & Saccharum, deberi etiam ratione præteriti officij, notat R. Sanfel. decis. 290. n. 10.
17. Fruuntur quoq; Secretarius, & Procurator fisci iuribus Crystallorum, & vitularum; & Rationales iuribus declaratariorum tantum, *cit. R. Galeota d. controu. 11. n. 39. & 42.* & aduersus capita Regiæ Visitatione circa superexactionem Crystallorum, & dirictuum declaratariorum pro Rationalibus, adest *allegatio* transcripta per *Top. de orig. Tribun. p. 3. à fol. 412.* Et vide pandectam in prag. 57. de off. Proc. Cæs. Atq; hæc ad tantum Supremi Tribunalis *Decisiones*, per varias fiscales tractationes à nostro *Antesignano* recollectas, annotasse sit satis: Sic vale, studiose; & insimul ad varietatem materiarum, varietatem styli, aut calami ruditem ne reprehendas; hanc enim abstrusitatem à mixtione, ac temperie historiarum, aliorumq; scriptorum, quoad fieri potuit, duximus mitigandam, quantum inter forenses curas per otium licuit: Interim exantlatos hosce labores æqui, boniq; consulas, ad laudem, & gloriam DEI, Summi Legislatoris, qui est ἀρχὴ, & τέλος idest initium, & finis.



Digitized by Google

M A N T I S S A

VARIARVM RECOLLECTIONVM

A N N O T A T I O N I B U S

P R O R E G I O A E R A R I O

N I C O L A I C A I E T A N I A G E T A ,

I . C . P A R T H E N O P Æ I .

Et in Supremis Regni Neapolis Regiis Tribunalibus
Solertissimi Advocati.

*Ad Regiæ Camerae Summaria Decisiones, à præclarissimo I. C.
ac Spectab. Reg. Cancell. Regente D. Annibale Mo-
les, elucubratas.*

C O N T I N E N S

Responſa duo ipſuſmet Dom. Regentis; quorum unum, de Succeſſione Por-
tugalliæ pro Rege Catholico; alterum pro Ser. Infante Helifabeth in Succeſ-
ſione Ducatus Britannia; cum additionibus ejus digniſſimi filii *D. Thomæ
Moles M. C. Vicariæ Judicis*; Atque annotationibus ejuſdem Nicolai
Cajetani Ageta I. C.

Relationes, aliaque plurima ſcitu digna de Regia Dohana Menæpecudum
Apulia; quoad ejus originem, bonumque regimen.

Notitiâ Chronologicâ, circa paſſum, ſivè pedagiorum hujus Regni prohi-
bitiones, limitationeſque.




AD CANDIDUM LECTOREM PROLUSIO.



AM nostrarum *Annotationum* opere ad portum subducto; recollectiones quasdam eidem materiæ fiscali adfines, veluti exiguum tantæ molis superpondium adiicere è re publica futurum putavimus; ac *Mantissam* inscribi placuit, quippè quæ, auctore *Festo*, dicitur additamentum rei, quæ venditur: Quare & *Cicero* in fine *Topic. ad Trebatium* scribit, se fecisse, quod sæpè liberales venditores solent, ut cum ædes, fundumvè vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa aptè & loco positum esse videatur: Sic *Trebatio* ipse ad id, quod dare debuit, ornamenta quædam voluit non debita accedere. Duo igitur perita ejusdem *Dom. Regentis Mole* Responsa, additionibus adaucta; Necnon varias relationes de *Dohana Menæpecudum*, ac passibus Regni, patrio idiomate, voluimus operi huic apponere; veluti quotidiana, & sic pernecessaria, juxtà *Ulpianum* in *l. 1. D. de suspect. tut. & cur.* quæ monente *Paulo* in *l. legavi 25. D. deliberat. leg. plenius* sunt attingenda; Scitum est enim illud *Imp. Leonis, Nov. 46. quemadmodum*, ut quæcumque aliæ res in communis vitæ usum assumantur, ipsarum commoditas facit, & quæ utilitatem aliquam adferunt, magnificamus: quæ verò ad nihil conducunt, contemnimus: Sic omninò & ad legalium capitum compositionem nos accomodari oportebit, ut quarum usus aliquis sit, qui bono quopiam *Rempublicam* beet, hæc necessariò & ferantur, & honorentur.





ANNIBALIS MOLES RESPONSA

De legitima successione in Portugalliae Regno ;

PRO REGE CATHOLICO ;

Et de successione Ducatus Britannia ;

PRO SERENISSIMA INFANTA.

DE SVCCESIONE PORTVGALLIÆ.

ARGUMENTUM.

In dignitatibus, & Regnis quis sit successor, & an detur subingressio tam in linea descendenti quam transversali, & de exclusione foeminarum, an sit perpetua, vel temporalis.

SUMMARIUM.

- 1 *Ultima voluntas, est magis favorabilis, quam dispositio inter vivos.*
- 2 *Moriens potest quos, & quot velit, heredem relinquere in suo patrimonio.*
- 3 *Hoc non procedit in Rege moriente.*
- 4 *Rex non potest esse, nisi unus in Regno.*
- 5 *Non potest esse, nisi primogenitus.*
- 6 *Fundatur de jure gentium, & veteris testamenti.*
- 7 *Reges Hispaniarum hoc idem constituerunt.*
- 8 *Primogenitus intelligendus est tam masculus quam femina, & quomodo.*
- 9 *In successione Regnorum sunt tres prerogativae servandae.*
- 10 *Prima est prerogativa gradus.*
- 11 *Secunda est prerogativa sexus.*
- 12 *Tertia est prerogativa aetatis.*
- 13 *Illae procedunt, primò in descendentiis, secundò in collateralibus.*
- 14 *In causa presenti nullus adest de linea descendenti, tam Sebastiani, quam Henrici Regum.*
- 15 *Controversia in presenti casu praecipua est cum Ducissa Bregantia.*
- 16 *Possit ne illa pretendere successionem ex representatione patris.*
- 17 *Filii representant Patrem, quò ad gradum, & quò ad sexum.*
- 18 *Lex excludens foeminas, excludit etiam masculos ex ea.*
- 19 *Materia subingressiois dividitur.*
- 20 *Descendentes representant in infinitum.*
- 21 *Tam in allodiis, quam in fendis.*
- 22 *Sed quid in successione Regnorum? dubitarunt Doctores.*
- 23 *Variae antiquae dissensiones, & bella ex hoc orta.*
- 24 *Doctores qui tenent non dari hoc casu subingressioem.*
- 25 *Exemplum in Hispania.*
- 26 *Aliud exemplum in Regno Neapolis.*
- 27 *Referuntur Doctores antiqui, qui idem tenuerunt.*
- 28 *Ratio Jacobi Cuiacii, cur hoc casu non detur subingressio.*

- 29 *Sed contraria opinio comprobata est consuetudine, & ratione.*
 30 *Intellectus ad l. si libertus, §. si libertus, ff. de bon. libert.*
 31 *Afferitur exemplum relatum à Plutarcho.*
 32 *Aliud quod refert Paulanias.*
 33 *Respondetur ad exemplum contrarium in Hispania.*
 34 *Item ad aliud in hoc Regno Neapolis.*
 35 *Referuntur Doctores, qui tenent hoc casu dari subingressionem.*
 36 *Subingressio non datur inter transversales.*
 37 *Fallit primo, quando nepos concurrat cum fratre defuncti.*
 38 *Secundo, quando concurrat cum patruo defuncti.*
 39 *His casibus postpositis, nunquam datur subingressio.*
 40 *Representatio privilegium est, quod non debet extendi.*
 41 *In casu nostro non datur subingressio.*
 42 *Glossa voluit dari subingressionem, etiam quando nepotes cum patruo non concurrunt.*
 43 *Contraria opinio Azonis, est magis vera, & communis.*
 44 *Intellectus ad vers. illud palam novell. iust.*
 45 *Intellectus ad vers. si verò neque fratres, ejusdem novell.*
 46 *Tertium & ultimum Bart. resolvitur argumentum.*
 47 *Ratio diversitatis, cur detur subingressio, quando cum patruo defuncti, vel fratre concurratur, & non aliàs.*
 48 *De jure institutionum succedebant patruo nepotes soli in capita.*
 49 *Ita decisum in Germania per Carolum V. Imperatorem.*
 50 *Extr. de hoc lex antiqua, in legibus Gothorum Hispaniæ Regum.*
 51 *Glossa fuit varia in hac opinione.*
 52 *Baldus item varius.*
 53 *Andreas Barbatia etiam variavit.*
 54 *Azonis opinio procedit, etiam in indivisibilibus, & ratio.*
 55 *Aliqui tenuerunt, etiam concurrente patruo cum nepote non dari subingressionem in successione Regni.*
 56 *Covarruvias tamen tenuit contrarium, & ratio.*
 57 *Ratio cur extra illum casum inter collaterales non detur subingressio ex Napodano.*
 58 *Concluditur pro Rege nostro contra Ducissam Bregantia.*
 59 *Ducissa Bregantia præten dit tanquàm ex masculo præferri Philippo Regi nostro ex femina descendenti, duplici ratione.*
 60 *Prima ratio agnationis resolvitur.*
 61 *Secunda ratio declaratur, quando infecta primitiva, inficiatur & derivativa.*
 62 *Exclusio faminarum in præsentis casu est ad tempus, & conditionata.*
 63 *Exemplum in Regno Aragonia, in quo filius sororis prælati fuit filia fratris.*
 64 *Si tractatur de succedendo Regi D. Sebastiano, casus esset magis indubitabilis pro Rege nostro, & quare.*
 65 *Habilitatio facta Henrico Cardinali, nunc Regi, per Summum Pontificem, non potuit præjudicare juribus per Regem nostrum acquisitis.*
 66 *Primogenitus inhabilis ad succedendum tempore mortis patris, non præfertur secundo genito habili illo eodem tempore, licet postea fiat habilis.*
 67 *Laudes Regis nostri Philippi Catholici.*



- H**æreditas si morientium dispositiones post mortem conferantur, ac propterea quasi in tempus inhabile collata de rigore non subsistant, *l. quod sponsa. C. de donat. ant. nupt.* Cum tamen Juris æquitate nitantur, magis quam viventium & conventiones adjuvantur, *l. in testamentis. ff. de reg. jur.* unde Constantinus Imper. in *l. j. C. de sacros. Eccles.* nihil est, inquit, quod magis hominibus debeat, quàm quod supremæ voluntatis, post quam jam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterum non reddat arbitrium; Hac ratione paterfamilias decedens in partibus hæreditatis constituendis liberam disponendi & facultatem obtinet, ut quantas, & quotcumque voluerit, magnas, & exiguas, plurimas, & paucas, arbitrio suo constituere valeat, *l. interdum §. paterfamilias. ff. de her. iust. cum concor.* quod & antiqua Solonis lege permittebatur, de qua Plutarch. Cum is permisisset pro voluntate cuiusque ni superessent filii hæredem constitui, visus est amicitiam propinquitati, & gratiam necessitati præferre, per potestatem enim illam (inquit Demosth.) bonorum nostrorum distribuendorum nobis concessam, gratos, & officiosos in nos reddimus plures, qui spe quidpiam à nobis accipiendi, nobis promptius operam suam,

suam, & auxilium subministrant, unde *Theodosius Imp. in novell. de test.* inquit. *In vitus nemo nec taceat, nec loquatur, illud est quippe testamentum, quod testantis meram obtinet voluntatem, naturæ talis est hominum, ut quosdam diligant, alios timeant, quorundam fidem intelligant eligendam, aliis nihil credendum existiment.*

- 3 At prædicta non procedunt Rege ꝛ decedente, is enim cum Regno datus sit, & publicæ non propriæ utilitati destinatus, unum tantummodo; & necessarium tenetur relinquere successorem.
- 4 Unum quidem, quia in dignitatibus ꝛ quibuscunque statutum fuit, unicum earum fore successorem, *c. Imperiale s. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. in vsib. feud. & reputant omnes juris regulæ, in duabus personis in solidum, unicam eandemque contineri dignitatem, glos. in l. j. C. de metrop. lib. 10. Andr. de Iser. in c. 1. de feud. March. col. 1. cum concor.* prout monstrum esset in corpore uno duplex caput *l. non sunt liberi. ff. de stat. hom.* sic & in reipublicæ corpore monstruosa res esset, & deformis, bina capita in binis Regibus repræsentata, unum enim Imperii corpus unius animo regendum, *Tacit. annal. 1.* nam ut idem inquit *Annal. 4. Arduum semper est eodem loci potentia, atque concordia & c. discordantisque Patriæ non aliud remedium esse, quam si ab uno regeretur, Idem Hist. 1. & Lucanus scribit, Nulla fides Regni Socii, omnisque potestas impatiens consortis erit, Ita & nos natura docet in apibus, quarum unus est Rex, can. in apib. 7. quest. 1. in aliisque cunctis animantibus, & Ezech. cap. 37. Servus meus David Rex super eos erit, & Pastor unus erit omnium illorum. a*
- 5 Necessarium etiam relinquet ꝛ successorem, quia primam supra relatam conclusionem subsequitur secunda non minus famosa, quod præsupposito unico successore in Regno, is certè esse debeat, qui primò natus est inter proximitate pares defuncto Regi, de cujus successione agitur, nam lex naturæ à Doctoribus jus gentium dictum ꝛ hoc inducit, ut qui primus nascitur, regnet primus, unde *Iustin. libro 2. Artamenes maximus natu ætatis privilegio Regnum sibi vendicabat, quod jus, & ordo nascendi, & natura ipsa gentium dedit, Et Herodot. in polymn. sive lib. 7. Quod maximus natu esset totius populi Darii, & quod in more positum sit apud omnes homines, ut primogenitus Imperium obtineat, Et aliàs Iustin. lib. 16. Finito bello Ptolomeus cum magna rerum gestarum gloria moritur, is contra jus gentium minimo natu ex filiis antè infirmitatem Regnum tradiderat, Et ideo lex veteris testamenti hoc idem jus, & privilegium primogenito contulit, ut referunt *Io. Andr. Abb. & cæteri Doct. in cap. licet de voto, & Patriarcha Iacob. morti vicinus primogenito suo dixit, Tu Ruben primogenitus meus prior in donis, major in Imperio, Genes. cap. 49. & de Iosaphat. Rege Iuda, qui plures reliquerat filios 2. paral. cap. 21. Deditque pater suus multa munera & c. Regnum autem dedit Ioram, eo quod esset primogenitus, & eadem ratione moti antiqui Hispaniarum Reges idem sanxerunt ꝛ in l. 2. tit. 15. part. 2. pulchris illam legem rationibus exornantes. b* Et hæc conclusio militat tam in primogenito masculino, quam in femina*
- 6 ꝛ hoc ordine servato, quòd masculus femine præferatur, ita omni lege disponente, qua cum Regnum, vel feudum conceditur masculis, & feminis, intelligatur prius concessum masculis postea feminis, *c. 1. §. quin etiam Episc. vel Abb. in vsib. feud. testatur Iacob. de feud. in ver. ex feud. num. 10. Cur. par. 1. princ. ver. & feminis num. 10. Paul. de Castr. consil. 164. lib. 2. Roman. consil. 98. Tiraquel. de primogen. quest. 10. num. 20. Covar. var. resol. lib. 3. c. 5. vers. primum, & in ver. quarto n. 5. Molin. de primog. lib. 3. c. 4. num. 4. & sic particulariter disponente lege Hispaniæ in part. 2. t. 15. l. 2. & part. 3. t. 18. in l. 2.*
- 7 Tertia neominus nota his conclusionibus subnectitur, quòd in successione Regnorum servandæ sint tres ꝛ prærogativæ, gradus, sexus, & ætatis, juxta constitutionem, quam condidit Federicus Imper. in successione comitatum, & aliarum dignitatum in hoc Regno, in *const. ut de successioneibus, quod prosequitur Corn. consil. 199. vol. 2. tradit etiam Molin. de primog. lib. 3. c. 4. num. 14. & primo prærogativa gradus, ꝛ ut ad successionem vocetur gradu proximior ultimo morienti Regi, quòd in quocumque successioneis genere communi jure institutum fuit, sive masculus, sive femina sit, qui successurus est, ac sublata differentia agnationis, & cognationis, §. si vero neque fratres, & §. nullam; in aut. de hered. ab intest. ven. col. 9. Secundo prærogativa sexus, ut ad successionem veniat primò masculus, secundo femina, data gradus paritate, etiam si femina illa major sit natu ut ex *d. c. 1. §. quin etiam Episc. vel Abb. Tertio prærogativa ætatis ꝛ inspicitur, ut ad successionem admittatur ætate major, data gradus, & sexus simul equalitate, & sic inter masculos primò natus, & illis deficientibus inter feminas primò etiam nata præferatur, nam in pari causa, ut diximus, natu maximis lex gentium hoc jus constituit.**
- 8 Præsertim verò omnia præmissa, hanc declarationem recipiunt, ꝛ ut intelligantur procedere in linea personæ, de cujus successione tractatur, jure etenim constitutum est, primos ad successionem vocari descendentes illorum; quos dicimus esse de linea morientis, prout ponderavi *text. in c. 1. de nat. succ. feud.* Et sic priusquam ad lineam transversalium transeamus, videlicet fratrum, vel ab eis provenientium, videndum est an adsint de linea descendenti, qui si extiterint, discutiendum erit quis sit proximior in gradu, quod si plures gradu æquales reperiuntur, cli-

- eligendus est sexu dignior, & in pari sexu, ætate prior (seposito respectu omni, prioritatis, gradus, sexus, & ætatis, cæterorum transversalium, qui in considerationem non veniunt, nisi his de linea deficientibus) unde exempli causa, Moriente Rege relicto ex una fratre, quem videmus esse gradu primum, sexu masculinum, ætate maximum, ex alia verò nepti, vel pronepti etiam, annicula, quam noscimus gradu remotiorem, sexu inferiorem, & ætate minorem, non est dubium quin fratre excluso illa ad Regnum sit vocanda, uti de linea ex qua omnes prius vocandi sunt, quam ad transversales deveniatur, & in his de linea tantum præfata tres prærogativæ sunt considerandæ, ita considerant feudistæ, & eorum antesignanus *Andr. de Ifern. in c. 1. de nat. succ. feud.* & præ cæteris melius, & elegantius tradit singularis Doctor noster Regnicola, in vestra Hispania non cognitus, *Sebastianus Napodanus in consuet. hujus Civitatis Neapolis incip. si moriatur ver. & omnia, in glos. in ver. ex masculis num. 120. usque ad finem, & in consue. incip. si quis, vel si qua num. 152. 155. & nu. 237. Capyc. decis. 159. num. 5. Alex. consil. 5. lib. 6. col. 2. ver. hæc confirmo, Paul. Cast. cons. 164. Grat. cons. 16. & Covar. præf. quæst. 38. nu. 5.*
- 14 Deveniendū igitur ad casum nostrum, nullum in eo reperimus ꝑ de linea Regum ultimo mortuorum, sive Sebastianum mortuum, sive Henricum Cardinalem viventem consideremus, sed omnes transversales ex fratribus, & sororibus hujus Regis Henrici, descendentes verò ex linea, & femine Emanuelis Regis, qui genuit Henricum hodie Regem, Odoardum jam defunctum, ex quo superest Catherina Ducissa Bregantiæ, Beatricem, ex qua superest Emanuel Dux Sabaudia, & Isabellam Imperatricem, ex qua Philippus Rex noster, ex quibus omnibus juxta præfatas nostras propositiones eligendi sunt tantummodò, Philippus Rex, Emanuel Dux, & Catherina Ducissa, uti cæteris proximiores in gradu ipsique inter se pares in eodem.
- 15 Sed relinquamus Ducem, qui existente Philippo, & ætate majori, & ex Isabella primogenita nato, nihil juris in Regno hodie prætere potest, remanet lis derimenda ꝑ inter dictam Ducissam, & Philippum Regem nostrum, qui pares sunt in prærogativa gradus, sed dispares in sexu, cujus prærogativa cum sit in Rege nostro, remanet jus ejusdem ad Regnum evidentissimum.
- 16 Una solum remanet difficultas, quæ jus hoc Regis nostri interturbare videtur, in beneficium juris à Ducissa prætensi, & est repræsentatio ꝑ personæ Odoardi patris in personam ipsius Catherinæ filia, jus enim sanxit in successione, quòd filii parentum suorum personam repræsentent, ita ut valeant ipsi non solum ingredi genitorum gradum ex *tex. in s. cæterum vers. nos verò inst. de legit. agnat. succes. l. lege 12. tabularum s. hujusmodi. C. de leg. hered. & Auth. de hered. ab intest. venient. in princ.* sed etiam sexum, & sic ꝑ ex fœminis converti in masculos, & ut tales reputari virtute legis Vellejæ, ut not. *glos. fin. in l. Gallus s. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. Quo supposito Catherina Ducissa, & si fœmina, repræsentabit gradum, & sexum sui ascendens, ut late comprobatur idem celebris Doctor Sebastian. Napod. in d. consuet. si moriatur ver. & omnia in glos. 1. nu. 103. & 105. ubi tenet filiam patris personam subingredientem in gradu, & sexu præferendam, uti præferendus esset ejus pater, & in s. & omnia d. consuet. in glos. in ver. ex masculis nu. 120. ad finem. Unde prout Odoardus Infans Portugallia prælarus fuisset Serenissimæ Isabelle Imperatrici sorori, si uterque nunc in humanis ageret, ita & Catherina Odoardi filia præferri nunc debeat Philippo Isabellæ filio; nec obstabit quòd Philippus ꝑ sit masculus, ipsa verò fœmina, nam lex cum fœminam respuit masculo existente, respicere videtur etiam masculos ex ea derivantes, infecta enim primitiva inficitur, & derivativa, *Bart. in l. liberorum num. 14. ff. de verb. signif. Dec. consil. 85. in fine Cravet. conf. 22. in fin. par. j. & ante illos Andr. noster in prima rubr. s. hoc autem. per totum, & num. 19. refert Iacobin. in ver. ex fœminis num. 5.**
- 19 Hæc tamen Ducissæ oppositio subsequenter rationibus resolvitur, & primo tota ꝑ subingressionis materia fulsime, & acutissime à Doctoribus tractata bimembris est, aut enim versatur inter descendentes, aut inter transversales ultimi morientis.
- 20 In primo casu descendens, cum quis moritur relicto ex una filio, ex altera nepote ex præmortuo primogenito, nulla est ꝑ dubitatio, quin juxta communis juris regulas nepos ille veniat patris personam repræsentans, imò & pronepos, abnepos, & trinepos, etiamque si daretur in infinitum, Avi, Proavi, Abavi, Atavi, & Tritavi personam subingrederetur, nam est *Imp. in Auth. de hered. ab intest. ven. in princ. In hoc ordine descendens gradum non quarimus*, & sic descendentes in infinitum ex patrum repræsentatione portionem illi debitam sibi vendicabunt, quem successione modum in stirpes lex nominavit; quod non modo locum sibi vendicat in bonis liberis allodialibus, verum ꝑ etiam in feudalibus *c. 1. de grad. succ. in feud. c. 1. de succes. feud. cum concord. allegatis per Andr. ibi, & cæteros Doctores.*
- At cum agitur de successione Regni ad quod plures simul vocari non possunt, prout in re
- 22 allodiali, ꝑ sed tantum primogenitus, præfata regula magnam temporibus elapsis passa fuit difficultatem, adeoque fuit quæstio difficilis reputata, ut multi Doctores quos citat *Tiraquell. de primogen. quæst. 40. num. 11. tractaverint ex professo quæstionem, & eam relinquerint indecisam,*

- c
23 cifam, & idem *Tiraquell.* altissimum dicit esse omnium pelagus, cujus vix fundum reperias, e
unde cum *Scipio Africanus* † confimilem controversiam quasi arbiter sedare vellet; inter *Cor-*
bin. & *Orsuam*, negarunt illi se alium Deorum vel hominum, quam Martem Iudicem habituros.
ut refert *Liv. histo. lib. 38.* & eadem res Bernardum Italiae Regem ad arma adversus Ludovi-
cum Pium Imper. capiendâ excitavit, cum diceret Imperium sibi non Ludovico deberi, quippe
Pipini primogeniti filius esset Caroli Magni nepos, Ludovicus verò patruus ex Pipino patre
secundus, nec propterea si Pipinus morte præventus esset, legitimo successione jure fraudari
d
debere, d & à multis conclusum fuit subingressione † in Regno etiam respectu descenden-
24 tium ex recta linea Regis ultimo mortui locum non habere, & Rege mortuo tenuerunt potius
secundo genitum, quam primogeniti filium ex subingressione defectu præferendum; Hac po-
tissimum ratione moti, quia lex successione Regnorum specialis est, & ad successione vocat
eum qui primò natus reperitur, & sic patruus, qui primus ortus est lege speciali vocatus
excludet nepotem non obstante subingressione illi ex communi jure aliàs concessa, ità in
successione Regnorum consideravit *Andreas de Isern. in c. 1. de nat. succes. feud. in ver. quarit glos-*
sa num. 14. vers. hac essent vera in c. 1. de succes. feud. in princ. ver. repete hic quæ in c. 1. de grad. suc-
ces. in feud. num. 4. vers. & hoc est verum in cap. 1. Imper. Lothar. col. 1. & in ver. si filius fratris, & in
c. Imperialem §. præterea Ducatus de probib. feud. alien. per Feder. in quibus locis semper firmat,
& fundat subingressione etiam celsare in linea descendenti, cum ad successione vocantur
certæ personæ, ut videlicet primò natus tempore mortis illius de cujus successione discutitur,
allegat præcipuè *tex. in l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bon. lib. ubi, Si libertus intestato*
decesserit relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus nepotes non admittentur quandiu
filius esset, quia proximum quemquæ ad hereditatem liberti vocari manifestum est. cum aliis
concord.
- 25 Et in hujus sententiæ confirmationem, (ut cætera prætermittam) duo principaliter afforun-
tur exempla; primum fuit † in Hispania, quia in successione Alfonso cognomine *el Sabio.* San-
cius secundo genitus prælatus fuit Alfonso filio Ferdinandi primogeniti dicti communiter de
la Cerda, ex consilio Jacobi Secundi Arzgonci, & Dionysii Portugalliae Regum, ut refert in-
ter modernos *Stephan. Garib. lib. 13. compen. hist. cap. 7. 10. 12. 14. 30. & lib. 14. c. 6.* aliud affertur
26 exemplum † in hoc Regno nostro Neapolitano in anno 1309. quo cum Carolus Rex obiisset
relictò Carolo Nùberto nepote ex filio primogenito, relictisque filiis Ludovico tunc Tholosa-
no Episcopo secundo genito, & Roberto tertio genito, exorta fuit altercatio super successio-
ne Regni inter Robertum, & Carolum Numbertum (nam Lodovicus, qui Roberto præferendus
fuisset, uti Episcopus, inhabilis effectus fuerat ad regnandum) Roberto uti gradu proximior,
& atate majore ad successione de jure se vocatum prætentente, Carolo autem uti patris
personam repræsentante, quæ determinata fuit per sedem Apostolicam in Concistorio die
primo Augusti ejusdem anni in favorem secundo geniti Roberti, subingressione nepotis non
admissa, quam sententiam dixit *Bal. in l. liberti. C. de oper. libert. & in l. cum antiquioribus. C. de*
jure delib. promulgatam fuisse à Pontifice Bonifacio VIII. Maximo jurista conditore libri
sexti decretalium, in quo Doctores dicunt errorem aliquem non inveniri, licet in hoc erraverit
Bald. cumque sequenti, cum verè sententia lata fuerit à Clemente Quinto, ut ex ejus investitura
in Roberti personam in nostro Neapolitano Archivio adhuc hodie existente sub data 26. Au-
gusti ejusdem anni 1309. clarè constat, quo tempore Bonifacius jam erat sex decursis annis vi-
ta functus; quæ Summi Pontificis sententia, ut potè cui summa inest potestas, summaquæ debe-
tur reverentia, adeo illorum temporum Doctores terruit, ut contrariam tenere, vel defendere
amplius ausi non fuerint, sed potius illam sequentes affirmaverint in puncto juris subingres-
27 sione in Regni successione non admitti. † *Geminian. Riccard. Imol. Franc. Alex. 1. as.* & alii
plures multis in locis relati, & potissimum à *Ioan. Cirier. de primogen. quæst. 25. lib. 1.* & præter
ab eo allegatos, hanc eandem opinionem tenuerunt *Anto. de Rosellis in tract. de succes. ab intest.*
col. 31. Anto. de Prato veter. in repet. l. in quartam in 6. quæst. ff. ad leg. Falcid. Gul. de Pern. conf. 13.
Dec. conf. 443. Luc. de Pen. in l. si quis in fine C. de procur. sac. scrip. & in l. fin. C. de Tiron. lib. 12. &
in l. j. C. de privil. eorumdem, eod. lib. Afflict. in c. 1. de succes. feud. num. 89. disputans ad partes ar-
ticulum viginti illinc adductis argumentis, & *Jacob. Cujac.* inter Neotericos doctissimus in
c. 1. de grad. succes. in feud. qui eandem opinionem firmat per rationem ab *Andrea de Isernia* su-
28 præ relatam, adducitquæ aliam ipse magni quidem ponderis meo Iudicio, † quod subingressio
à lege inducta fuerit in favorem nepotum, ut cum patruo ad habendam partem concurrerent,
non ut ipsum à tota parte excluderent, unde in Regno, quod non patitur divitiocem, merito
patruus tanquam proximior est vocandus.
- 29 Hac tamen communi antiquorum post sententiam Pontificiam determinatione non obsta-
te, eorumquæ rationibus non officientibus, contraria subsequente † temporibus prævaluit
opinio, eaque indistinctè sit evenientibus casibus decisa, perpetuaque servata consuetudine, ut ne-
pos

pos ex primogenito præmortuo natus secundo genito patruo suo præferatur juxta communis juris civilis sanctiones, & fuit etiam antiqua opinio *Petr. de Bellapert. in l. paterfamilias §. quindecim C. de leg. num. 13. vers. & in contrarium resoluunt*, sicque in hoc Regno servatum fuisse refert *Grammat. decis. j. eundemque servari morem in Gallia, referunt scriptores Galli, ex lege lata, cui nos videmus consimilem conditam in Regnis Castellæ, ut in par. 2. tit. 15. & in l. 40. taur. relata per Covar. in c. 38. pract. quest. nu. 67.* qui uti fuit vir doctus, considerat in favorem nepotis rationem unam præ cæteris efficacem, quod lex successionis Regnorum vocans primogenitos vocasse videatur totam lineam ipsorum, & prout ex communis legis dispositione omnes descendentes cunctis collateralibus præferuntur, sic vocata, & vocatis, ex speciali lege successionis ad Regna, primogenitura, & primogenitis, omnes ex eorum linea viventes præferendi erunt, cessante gradus prærogativa, quæ non potest, nec debet patrum secundo genitum juvare, uti non ex linea primo geniti, cujus quidem linea non persona vocata censetur, quam celebrem considerationem, & si *Covar. alserat novam esse sui que ingenii factum* (ut & ego opinor) inveni tamen eam ante ipsam adductam à Doctore haud minus celebri *Sebast. Napod. in d. consuet. si moriatur vers. & omnia nu. 118. & 120. nec penitus incognitam, & omisam à Paul. Cast. conf. 164. in causa majoratus Don Petri a fan de Ribera Hispalens. in 6. col. vers. ad secundum respondetur.*

30 Nec obstat *tex. in d. §. si libertus*, quia omittendo ¶ varias solutiones à Doctore relatas, ibi merito concludit *Jurisc.* nepotes non admittendos, ex quo materia, de qua agebatur, suadebat proximos tantum esse filios, cum non tractetur de succedendo avo, vel alteri ascendenti, nec transversali in casibus permisis .i. referendis, sed tantum de succedendo liberto, qui non est neque ascendens, neque transversalis, ut cessent insomnia aliquorum, e qui favore libertatis id esse, asserant, ne libertus cogatur habere plures patronos, hoc enim in consideratione non habetur, ut in §. sequenti ibi, *Si autem ex duobus patronis alter unum filium, alter duos reliquiss*

f dixi viriles inter eos partes fieri. f

31 Nec pro hac parte nepotum antiqua etiam deficiunt exempla, nam *Plutarch. in vit. scribit, cum ¶ Eunomus Lacedemoniorum Rex duos filios haberet Polidette, & Lic Polidettes autem nullo filio superstite decessisset, atque ob eam causam Eunomo in cui hæreditas Licurgo delata fuisset, regnassetque menses circiter octo, post cum Polideta filium peperisset, Licurgum ei coronam cessisse g Pausanias quoque lib. 3. scribit* 32 ne ¶ Lacedemoniorum Rege mortuo, litem de Regni hæreditate positam inter Acrotato primo filio demortuo nepotem, & Cleomenem secundum filium ipsius Arci, h Senatam autem Areo Regnum adjudicasse, h & multa alia per Doct. afferuntur exempli brevitatis causa non refero

33 Et ad contraria relata solutiones afferuntur, quia quod attinet ad Primum ¶ de Sancto Alfonso filio ex Ferdinando primo genito, plura pro solutione sunt advertenda. Dicitur quod ut idem *Stephan. Garib. lib. 13. c. 14. 15. & 16. refert, tunc in Hispania lex aliquæ extabat hoc determinans, nisi postmodum à Ferdinando, & Elisabetha Regibus lata, ut e *Tau. non omnes Regni Castellæ, & legionis universitates juraverunt Sancio ut futuro Rege quæ juramentum præstiterunt, id potius vi, & metu, quam sponte fecerunt, erat enim Sancio moribus superbus, & ferox, unde ei cognomen el Bravo, & ut refert *Ric. lib. 3. Hispan. quæ hominum millia trucidari iussit, quod in tumultu quodam Alfonso nepotem Regem assensent, eo adeo ut ausus fuerit non modo subditos cogere ad jurandum ei, ut Principi, & futuro successori, sed insurgere adversus patrem, & ipsum expellere à Regno, quinimò (quod quibus) eundem parentem per iudices ab eo electos solemniter sententia privatum à jure Regni declaravit, quam Regni privationem evenisse credendum est Alfonso Regi ob injustitiam, quæ prius exercuit in Alfonso nepotem, unde postea & idem met Alfonso conscientiam stimulat, voluit à principio Regnum Ioannense nepoti ex primo genito concedere, sed ten Sancio, & impugnavit, inde verò crescente Sancio impietate Alfonso idem in anno 1283. Sancio eundem filium à successione Regni privatum declaravit, absolvens cunctos subditos à delitate eidem, ut Principi promissa, & publica sententia reliquit maledictum, confirmavit hoc ultimis suis tabulis die 8. Novembris 1283. in quibus declaravit nepotem ex primo genito Regni successorem. Ad secundum verò ¶ de sententia Pontificia respondetur cum *Bal qui dixit quod sedes Apostolica in illa ferenda sententia in favorem patris, potissimum si ditorum hujus Regni beneficio prospexerat, Carolus quidem Numbertus in Ungheria debuit, unde malè poterat hos subditos existentes in Italia regere, Robertus verò præfens erat, tum ille jam erat Rex, & sic Regno uno contentus esse debuerat, & poterat, Robertus verò vixisset Regni dignissimus, erat enim Salomon alter in ferendis sententiis, quod & confirmat ejus imagines, & picturæ antiquissimæ quarum ad pedes lupus, & agnus adstant, unde non mirum si postea effectus Rex in judicando contrarium decidit ejus, quod in persona sua iudicatum****

earum fuerat, adjudicando Comitatum Sancti Severini nepoti cuidam excluso patruo, prout retulit *Barbat. consil. 10. vol. 2.* subdens Robertum Regem aliud jussisse, ut judicem, aliud voluisse ut partem, hocque idem dixit *Bald. in l. si viva. C. de bon. mater. & in l. liberti libertæque col. 5. vers. sed dubitatur*, Pontificem inquiriens in illa sententia fuisse magis partialem, quam Apostolicum.

35 Et pro hac ultima, & vera opinione in favorem nepotis non defuerunt Doctores ꝑ haud quidem prioribus sive numero, sive autoritate inferiores, *Oldrad. Alex. Ioan. Andr. Abb. Castr. Aretin. & Barbat. asserens cons. 10.* Doctores hanc opinionem tenentes majores cæteris esse, numero, pondere, & mensura, *Ioannes Fabr. Soc. Felin. & alii*, quos retulit *Cirier. ubi supra.*

Hæcque omnia sunt respectu primi pñcti in subingressione materia, de quo casus præsens noster non est, sed in secundo casu principali de successione transversalium, cum quis moritur sine filiis, & sine descendantibus ex semine suo, relictis tantum filiis fratris, quos lex transversales appellat, tunc quidem aliter se habet subingressione materia ꝑ ex legum, & communium jurium dispositione, nam indubitata res est, in hujusmodi casu subingressione non admitti, imò expressè prohiberi *ex l. lege duodecim tabularum C. de legit. hered. & in auth. post fratres la 2. C. eod. & in §. si plures Inst. de legit. agnat. succes.* in quibus juribus decisum est inter collaterales in stirpes non dari successione, scilicet per repræsentationem, sed in capita, quod omnes ejusdem gradus sive masculi, sive sint fœminæ ex eadem tamen linea, seu stirpe derivantes, pro æquali portione succedant.

Ac non inficiamur inter Collaterales eosdem, adhuc duos esse casus, in quibus successio datur subingressione beneficio ab Imper. Iustin. in suis novellis admittos, & hi sunt, cum quidam ꝑ moritur sine filiis relicto tantum ex una fratre, ex altera verò filio seu filiis fratris alterius præmortui, tunc enim filii illi, nepotes ultimò morientis possunt subingredi personam patris, & concurrere ad eandem patruo ultimo loco mortui successione. Cum altero patruo vivente in stirpes, videlicet pro ea parte quam pater eorum si vixisset esset habiturus, dividenda inter omnes ipsos *in auth. de hered. ab intestat. §. igitur defunctus*, ad exemplum divini juris quod jus istud repræsentationis non modo probavit, sed & fratrum filios fratres appellavit, sic enim Abraham, cum bona dividerentur inter se & Loth, addit hæc verba: *frater enim meus est.* Et hoc idem institutum fuit in successione feudorum *in cap. 1. de grad. succes. in feud. k.* Item & alter casus cum ꝑ in successione defuncti ejus patruus, & fratris filius concurrat, hoc enim etiam casu, & si omnes sint in tertio gradu, nepos tamen patris personam repræsentando excludit patruum defuncti ex subingressione beneficio *in §. illud palam ejusdem Auth.* His tamen casibus postpositis ꝑ non reperitur in jure alter admittus, ut remotior gradu cum proximiori concurrat, & sic ajunt Doct. textum præfatum esse juris communis correctorium, & privilegium, quod extendi ꝑ non possit de casu ad casum unde exempli gratia in quolibet alio casu, si quis morietur sine filiis relicto patruo, & filio alterius patruo ejus patrueli, subingressio patrueli non daretur, sed patruus de jure succederet, juxta textum *in l. avunculo C. comm. de succes. m.* & dixit *Napod. in cons. si quis, vel si qua in glos. j. magna vers. in collateralibus verò num. 136. & sequen.*

41 Et in casu nostro cum concurrunt duo nepotes ꝑ ad successione Chii, ut erit morte subsequenda Serenissimi Regis Portugallie Henrici nunc viventis, vel in casu fortiori cum concurrunt *dos tios secundos ad successione de un sobrino secundo*, ut fuit morte sequuta Serenissimi Regis Sebastiani, in his duobus casibus, & in ipsorum quolibet remanet benè probatum subingressione non dari, cum lex aliqua hoc non constituat, imò contrarium dispositum reperimus in allegata *l. lege duodecim tabularum, cum concord.*

42 Non ignoro glossæ sententiam fuisse, quòd concurrentibus ꝑ simul ex una duobus vel pluribus, ex altera uno vel etiam pluribus simul inter se patruelibus nepotibus ex fratribus ad successione communis patruo, nullo alio superstite patruo, tunc successio esse etiam debeat in stirpes, & non in capita, n ut sic quilibet succedat repræsentando personam patris non suam, & unius præmortui locum suppleat, ac simul tantum auferant, quantum is cujus in locum omnes subrogantur successione tulisset, ita ut in effectu semper filii fratrum ipsum patrem repræsentent, etiam quando soli ipsi inter ipsos non modo quando cum eorum, vel defuncti patruo concurrunt, quam glossæ opinionem sequuti sunt *Bart. in l. post consanguineos §. hereditas. ff. de suis, & legitim. & in cons. 173.* in eandem visse sententiam referens *Dyn. Cyn. & Jacob. de Arena, & Accursii consilium se vidisse, Jacob. de Belvis. Bellapert. Guliel. de Cun. Francisc. de Rampon. Ioan. Fabr. & alii quos cumulant Tiraquel. & Maturin. Montan. in repet. d. auth. in §. si igitur vers. ad sunt multo plures,* & testatur de communi *Conrad. Lag. in method. jur. civil. par. 2. cap. 59. num. 35. fol. 208.*

43 Sed magis communis adversa emerfit opinio temporibus nostris ex *Harmenopulo, & Azone,* quem olim sequuti etiam fuerant omnes Doctores antè glossam, ut testatur *Bal. in c. 1. de natur. succes. feud. Jacob. Butrig. Odofred. Alberic. Bald. & Salic. in auth. cessante*, affirmantes hanc magis

communem sententiam esse, quod patruales isti patruq successuri in capita succedere debeant & non in stirpes, nulla considerata patrum repræsentatione, cum aliis cumulatis per *Tiraquel. & Montan.*

Probat hoc clarè *Iustin. novella in auth. de hered. ab intest. ven. coll. 9. in §. si igitur ver. hujusmodi*, cum enim Imperat. fratrum filios cum defuncti fratre superstite concurrentes singulari beneficio per repræsentationem patrum ad successionem admiserit, *Hujusmodi verò*, inquit, *privilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrum masculorum, & feminarum filii, & filiabus, ut in suorum parentum jura succedant, nulli alii personæ ex hoc ordine venienti hoc jus largimur, sed & ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium concedimus, quando cum propriis vocantur Chii masculis, & feminis, sive paterni, sive materni sint.* Cum quo concordat *Pragmatica*, quam *Iustineaneas* o leges compilado *Michaelis Duce Imperatoris* jussu edidit *Michael Attaliata* o proconsul & *Iudex in c. 41. ibi.* *Hujusmodi verò privilegium in eodem cognationis ordine solis fratrum sororumq; filii, aut filiabus damus, ut in parentum suorum jura succedant, quippe nulli proisus alii personæ, qua hoc ordine venit, hoc jus concedimus, & inferius Iustinianus, quandoquidem fratris, & sororis filii tale privilegium dedimus, ut in proprium parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu cum his, qui in secundo gradu sunt, vocentur, quæ verba præcisa, solum, omnino, tunc, cum prægnantèr præcitant, omnem detorsionem, omnem extensionem abnegant.*

Nec obstat *vers. illud palam*, quem pro *Accursio* omnes ponderant, in quo præponuntur filii fratris defuncti Tiis ejusdem defuncti. qui in tertio sunt gradu constituti ut supra retulimus, nam 44 ¶ etiam hoc casu repræsentant, & ex novo privilegio ad alterius exclusionem veniunt, & illud palam esse dicit *Iustinianus*, non quia hoc casu absque repræsentatione excluderetur patruus, quod sit in ordine minus favorabili lateralium, quam filii fratris, qui sunt de Collateralibus inferioribus, cum illi sint de superioribus, ut aliqui dicunt ex *glossa junct. tex. inst. de success. cognat.* ¶ nulla enim p lege probari potest neque codicis, neque pandectarum, quod descendentes laterales pari gradu cum ascendentibus lateralibus usquam illos excludant, imò .in §. si verò neque fratres ejusdem *auth. clarè* contrarium deceditur, ibi: *ad hereditatem vocamus secundum unius cujusque gradus prærogativam, ut viciniore gradu ipsi reliquis præponantur; si autem plurimi ejusdem gradus inveniuntur secundum personarum numerum inter eos hereditas dividatur*, Sed palam dicit esse, id est aperta, & clara ratione ad istum casum de novo etiam in repræsentatione includendum motum esse, ut quia injustum videatur, dum concurrunt cum his, qui sunt in ceteriori gradu, non eodem beneficio excludant eos, qui sunt in ulteriori, ut deduxisse etiam videtur *Irnner. in translatione auth. post fratres C. de suis, & legit. ibi, hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus, præferuntur absque dubio ejusdem defuncti patruis, & aliis similibus, & clarius etiam ex Attaliata ubi supra colligitur, qui cum solis his qui sunt in tertio gradu concurrentibus cum his, qui sunt in secundo constituti, privilegium concedi dicat, statim manifestum esse, dicit excludere illos, qui in tertio sunt gradu constituti, ibi, quando igitur fratris sororisque liberis tale privilegium tribuimus, ut in locum parentum succedentes licet tertii gradus existant, soli cum iis, qui in primo secundove gradu sunt, ad successionem vocentur. Hoc sanè manifestum est eos patruis defuncti maribus, atque feminis paternò, maternove genere prognatis præferri, quamvis ii tertium similiter cognationis gradum obtineant.*

Minus obstat *vers. si verò neque fratres*, ubi subdit *Iustinianus* vocari cognatos hac conditione, si defunctus neque fratres, neque fratrum filios reliquerit, quasi fratrum filii etiam soli ex his 45 verbis per repræsentationem admittuntur; ¶ nam addit Imperator, ut diximus, & hac adjecione de filiis fratrum omnem substulit dubitationem; demonstrat enim se non loqui de his separatim inter se, & solis succedentibus, sed succedentibus unà, & conjunctim cum fratribus defuncti, nam de illis hætenus, dixerat, ut eos vocaret solum cum defuncti fratribus.

46 Et demum non obstat ultimum, quo utitur *Bartolus*, argumentum, quod secundum ¶ *Azonis* sententiam, cum privilegium illud detur solum in casu concurrentiæ cum patruo, dum casus succederet quo quis decederet relicto fratre, & filiis ex duobus fratribus succederent illi respectu patrum in stirpes ex quo eorum patruus tertiam integram partem haberet, & inter eos in capita, cum tamen contrarium statuat Imperator, ut etiam eo casu inter eos succedant in stirpes, & consequentiam deducit *Bart. ex l. qui complures. ff. de vulg. & pupil. subst.* ubi in casu quo testator quatuor hæredes instituerit pro diversis inæqualibus portionibus, ac uni ipsorum tantum vulgariter substituerit, & Titium, & tres reliquos cohæredes, cum casus substitutionis evenit, succedet Titius pro numero personarum pro integra quarta parte, & tres reliqui cohæredes pro portionibus hæreditariis, nam omittendo varias per Doctores adductas solutiones, respondetur non ideo cohæredes ibi pro hæreditariis portionibus succedere, quia Titius adjunctus fuit ita quod pro numero personarum succedissent si Titius substitutus non esset, nam, nulli dubium est quod eadem ratione pro hæreditariis portionibus succedissent, & si de Titio nulla mentio facta fuisset, ex illa generâ i d:cisionis ratione, quâ ibi *glossa* ponit in *ver. hæreditarias*,

tarias, quod videatur testator easdem partes quas in institutione, repetiisse in substitutione ex l. si plures eod. tit. unde Bald. ibi notat quod disjuncti in institutione intelligantur disjuncti in substitutione, quod non est in casu nostro, ubi propter illum concursum cum patruo succedunt nepotes ex persona eorum patris, qui si patruus nullus concurreret, possent ex propria

9 persona succedere. q

Vera ergo est opinio, tunc solum representationis beneficium fratrum filii concessisse Iustinianum; quando concurrunt cum propriis Tuis, non aliter, & ea enim benignitatis ratio, quæ illum ad istud novum jus instituendum induxit, ut pars aliqua miseris propinquis concederetur, qui antea nullam habebant, in hoc altero casu non militat, nam antiquo jure prospectum illis fuerat, aditusque ad hæreditatem patris æquæ ut aliis patebat in capita, l. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & legit. hæred. ibi. Et si plures sint ejusdem gradus omnibus competit, scilicet ut puta si duos fratres habui, vel duos patruos, unus ex his unum filium, alius duos reliquit, hæreditas mea in tres partes dividetur, imò etiam Iustiniano & jure illo in capita succedebant antè novellam, ut in §. non solum instit. de leg. agn. succ. & clarius declarat Theophilus in inst. eod. tit. §. his ita, ibi: Verum hodie ex his, quæ à Principe nostro inventa sunt, ipsa filio fratris præferetur jus agnati habens ex constitutione, quod autem dicitur in capite, sic intelligendum est, veluti evenit ut intestatus moreretur relictis fratris, & sororis jam tunc mortuorum filiis, sed fratris quidem erant tres, aut quatuor, sororis autem duæ, aut unus, non est dicendum filios sororis dimidiam partem, & filios fratris alteram dimidiam accepturos, verum in capita fiet divisio, & fratris filii cum quatuor sint, quatuor partes habebunt, sororis autem duas, unde improvidens fuisset Imperator eos vestire, qui non erant nudi, vulneribus mederi, cum sani essent, baculo, & tibiccine eos sustentare, qui ambulare propriis viribus poterant; Item, & alium adjunctum esse casum, per eundem Iustinianum Imperatorem, quando cum defuncti patruis fratris filii concurrant, quia cum per novum illum supra relatum casum illi concurrant cum fratre defuncti, injustum videbatur Imperat. non etiam defuncti patruos excluderent in tertio gradu constitutos, qui à fratribus illis absque dubio fuissent exclusi ut supra diximus.

Alia autem rationes fusius per Doctores allegantur ab antiquioribus feudistis Jacob. Ardiæ in tit. de success. feud. l. 1. de nat. succ. feud. & à modernioribus Udalric. Zas. lib. 1. resp. 7. & lib. 1. conf. 3. qui refert eo patrocinante & sic decisum per Carolum V. Imper. in conventu ordinum spiræ in anno 1529.

50 Addo & de hoc extare legem particularem conditam per Regem Flavianum Recaredum ex Gothicis & Hispaniæ Regem, qui Toleti regnabant, sitam in tit. 2. l. 8. lib. 4. qui olim liber judicium hodie vero *Iuzgo* nuncupatur & ibi (Si aquelque morre nõ ha hermanos, nen' hermanas, mas ad un hermano, o sobriño, e d' otras hermanas ha muchos, todos los sobriños deven partir egualmiente su buena por cabezas el Rey Don Flavio Rescindo fizo esta ley.) qui regnavit de anno 586. fuit fide prius, & pace præclarus, Ecclesiam Toletanam fundavit, & ab eo communis & recepta scribentium sententia est, recta linea descendere Hispaniæ Reges à Pelagio usque ad Regem nostrum Philippum, ut narrat Alphonsus de Villadiego in ejus Chronica Regum Gothorum.

51 Nec est magnificienda autoritas glossæ, ut quæ non solum textibus ut supra demonstravimus, sed sibi ipsi diffidet, & nam quamvis alibi contra *Azonem* tenuerit, tamen in inst. de leg. agn. succes. §. hoc etiam, ejus doctrinam amplectitur, quo nomine tanquam testis varius quid fidei habeat, facile judicari potest (inquit Jacob. Spieg. in lexic. in ver. in capita) qui etiam advertit quod legendo *Azonem*, consulendo ab eo recessit, ut dicit Bar. ubi supra, quæ variatio quid notet, nu-

52 tu intelligitur, non enim ignoramus in consiliis inesse quæstum, & lucrum, sic & Bal. & quamvis pro glossæ opinione aliquandò consulisset, tamen in d. auth. cessante, ab ea recessit, Ego timens, inquit, recedere à glossis in consulendo etiam consului secundum glossas, modo videtur mihi quòd opinio *Azonis*, & sequacium sit magis consona literæ, & naturæ, & Andreas Barb. doctissimus

53 jurisconsultus &. cum etiam pro *Accursii* opinione consulisset, tamen in suis additionibus quas ad Baldum in d. auth. cessante, fortè sine lucro scripsit, post recitatam Sa'ycti doctrinam, rem eam cogitandam reliquit.

54 Quod si *Azonis* opinio locum habet in bonis allodialibus, & divisionem patientibus, multo magis in indivisibilibus procedet, & in iis in quibus unus tantum successior esse debet; ut in feudis, & Regnis, quæ primogenito conferuntur; hocquè duplici ratione, & prima, quia ubi primogenitura inest, per necesse subsequitur prælatio unius & exclusio cæterorum, unde Doctores multi, qui tenuerunt inter patruos subingressionem admitti, etiam quando cum patruo non concurrunt, illam tamen admitti negarunt casu quo propter illam fieret prælatio unius, & exclusio cæterorum, nam tunc ut in casu odioso restrinxerunt se ad regulam legis mandantis inter Collaterales subingressionem non admitti; secunda quia, si inter descendentes in quibus lex subingressionem concessit indistinctè usque ad infinitum, cum sumus in casu primogenituræ, & successionis Regni, tanta exorta fuit inter Doctores altercatio, & contrarietas, an sepos subin-

- gredi possit parentis personam ad excludendum patrum, ut supra retulimus, quanto magis jure quidem sostineri poterit inter transversales, in quibus lex subingressionem eandem expresse prohibuit, & vetavit, qua valida ratione compulsi Doctores quidam affirmant ¶ etiam in casu illo quo inter Collaterales (nepotē scilicet concurrere cum altero patruo ad successionem patrum) subingressio de jure admittitur, si tunc de primogenitura agendum sit, locum tunc non dari subingressioni, quia jura voluerint nepotem patruo æquare, non præferre, *Afflict. in c. 1. de grad. succ. in feud. num. 18. & in c. omnes filii si de feud. defunct. milit. in quest. quatuor ponit num. 11. & decidit num. 31. Anton. de Butr. conf. 48. & ante eos Andr. de Ifern. in const. Reg. incip. ut de successioneibus, & quamvis alii communiter contrarium teneant, Covar. ¶ pract. quest. c. 33. num. 10. vers. 3. ad intellectum, sequens Soccin. in conf. 252. lib. 2. & posito in lecturis post titul. quis, & à quo appell. & Tiraquel. de primog. qu. 41. tamen extra hunc casum concurrentiæ nepotis cum patruo, & in quolibet alio, & sic in casu nostro, nec Covar. nec Soccin. nec Tiraqu. nec alius qui scripta reliquit, affirmavit admitti primogenitura inter Collaterales dari subingressionem, & ratio est manifesta, ¶ quia non potest representare nepos ipse primogenituram, quam ejus pater non habuit, ille enim nunquam fuit genitus, neque primogenitus, neque primogenitura unquam potius fuit, ita singulariter ad hoc propositum dixit, vir mihi semper admitabilis *Napod. in sepius alleg. consuet. si moriatur. ver. & omnia in glos. in ver. ex masculis num. 120. quia ubi non adest simpliciter, nec potest adesse compositum l. si tibi. ff. de opti. leg. Affl. in d. c. omnes si de feud. defun. mil. fuer. contrav.**
- 58 Ex quibus nulla alia remanet meo iudicio in hoc articulo disputatio, cum enim Rex noster ¶ nepos sit, & in eodem gradu fœmina Ducissa Bregantiæ, & representatio non sit admittenda, clarè remanet pro Rege nostro evidentissimum jus ad Regni Portugalliæ successionem.
- 59 Nisi demum diceretur, Illustrissimam Ducissam ¶ Bregantiæ uti ex masculino descendente m. præferendam, Philippum verò Regem nostrum uti ex fœmina postponendum.
- Quæ tamen non obstant, nam supposito ex supradictis hoc in ratione subingressionis fundari non posse; aut hoc asseritur supponendo quòd Rex noster cognatus sit uti ex fœmina proveniens, Illustris. verò Ducissa agnatus uti ex masculino; aut quia exclusa Serenissima Isabella Imperatrice ut fœmina, exclusus videatur ex ea descendens, ex regula illa vulgata, quod infecta primitiva inficitur derivativa.
- 60 Et quò ad primum respondetur ¶ falsum esse præsuppositum, nam juxta posteriores Iusti. Imper. leges agnatus tam est ex ex fœmina, quam ex masculino natus, si de uno eodemque stirpe, uterque proveniet sublata in omnibus agnationis, & cognationis differentia, *tex. est in d. l. lege duodecim tabularum, & in d. §. ceterum ver. non vero in fin. de legit. agnat. succ. dixit Bal. in d. auth. cessante, & firmavit Napodani in d. conf. si moriatur vers. & omnia in prima glossa.* Tum etiam quia si concederetur à nobis Regem nostrum, ut ex fœmina natum cognatum dici, eadem ratione ex altera parte concedendum esset Illustris. Ducissam cognatam etiam esse uti fœminam, nam si Serenissimæ Imperatrici non profuisset esse filiam Emanuelis Regis, nec proderit Illustris. Ducissæ natam se filiam Odoardi Infantis Portugalliæ, & sic uterque cognatus appellandus esset, & ipsa Ducissa, & Rex noster licet vera & illa, & hic agnatus sit censendus.
- 61 Quò ad secundum animadvertitur ¶ tunc demum infectam dici primitivam, cum fœmina in totum, & penitus à successione excluditur, ut in feudis inspecto jure communi feudorum, tunc enim filius ex ipsa descendens uti derivativa, & si masculus, infectus putetur, ita *Andr. de Ifern. in c. 1. §. & quia de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. de quo sibi vel hered. suis masc. & ita procedit decisio Bart. in l. si liberorum. ff. de verb. signif. at cum fœmina habilis est ad succedendum, ut in casu nostro, sed tantummodo excluditur à masculino in eodem gradu sitente, tunc dici non potest infecta primitiva, & filius ex ea proveniens succedet; licet ipsa minimè ex casu successerit, ita singulariter *Napod. in d. conf. si moriatur. ver. & omnia in prima glossa,* ubi loquens in terminis constitutionis hujus Regni fœminas ad successionem feudorum admittentis, cum qualitate tamen quòd masculis præferantur, non obstante communi lege feudorum eas penitus excludente dicit hæc verba, *nepos ex filia, quæ poterat in feudo succedere virtute constitutionis Regni, admittitur sicut etiam mater non ex sexu matris, sed quia illa non fuit exclusa, & per consequens nec ejus filius, sexus enim fœminæ non est omnimodo exclusus ut inhabilis nisi quando concurrat cum masculino, quia tunc masculus sibi præfertur, & fœmina tunc non repellitur, ut omnino & indistinctè inhabilis, sed ut masculus habilis quam masculus cum quo concurrat, dixitque ad hoc *Math. de Affl. in c. 1. de eo qui sibi, & hered. suis mascul.* autoritatem *Napodani* tantam esse, quòd opinioni suæ adversari esset pœnere os in cœlum; Exclusio igitur fœminarum à regnando conditionata, ad tempus, & ob causam est; ¶ cessante igitur conditione illa, tempore, & causa, videlicet cum masculis deficiunt, cessat & ipsa exclusio, nam (ut dixit *Bal.*) amoto impedimento per obitum masculorum ipsa amotio impedimenti retrogit impedimentum nunquam fuisse, suspendit etenim existentia masculorum, non privat; Porro aliud est suspendere, aliud est tollere *l. hereditas §. 1. ff. de hered. instit. &***
- jura

jura habentia causam ad tempus ex tempore peteunt *cap. cum bone, de etat. & qualit. & exclusio temporalis ad perpetuam trahi non potest l. epistola s. fin. ff. de pact. pro ut hæc omnia refert Anchar. conf. 339. num. 9.*

63 Tandem hoc jus Regis nostri tot rationibus, & legibus communitum adjuvatur etiam exemplis, nam ꝑ in anno 1411. Martino Aragoniæ Rege sine prole defuncto, cum ad successionem inter alios plures concurrerent Violanta fratris filia, & Ferdinandus sororis filius, & magna fuisset super eorum successione disputatio inter Doctores, inter quos *Petrus de Anchar.* Doctor tunc temporis Illustris pro Violanta præfata consuluit multis rationibus, & juribus pro ea adductis *in d. conf. 339.* demum electis novem sapientibus à tribus Regnis coronæ Aragonensis, sententia cessit in favorem Ferdinandi filii ex sorore, qui fuit ad Regnum assumptus, quæ sententia (ut refert *Marincus Siculus*, aliique illius Regni scriptores) adeo fuit iusta reputata, ut iam à Spiritu sancto crederetur.

64 Quæ omnia (ut diximus) procedunt in successione eventura Serenissimi Regis Henrici nunc viventis, quod si successionem jam eventam Sebastiani Regis consideremus, multo fortius ꝑ locum vendicabunt, nam eo casu concurrentibus ut supra diximus duobus magnis chiis utrisque in quarto gradu sistentibus, ad communis nepotis successionem, decisio resultat indubitabilis in virilis sexus beneficium, nullo existente Doctore, qui ausus fuerit neque disputare tali casu admittendam esse subingressionem, nulla etiam existente lege, vel consuetudine ne quidem barbara, quæ hoc disposuerit.

Nec dicatur, de successione Sebastiani Regis non posse tractari, quia illi successit Henricus, 65 de cujus successione agendum erit, nam firmandum censemus quod licet Sanctissimus ꝑ Dominus noster Gregorius XIII. Summus Pontifex habilitaverit Henricum Cardinalem ut in Regno succederet, ad quod sine illa habilitatione non fuisset vocatus per ea, quæ dicit *Bald. in cap. cum in magistrum de elect. & And. de Isern. cæterique Doctores in c. de milit. vassal. qui arma bell. depof. &* ipsum exemerit ab infamia apostasiæ cum qua Regnum aliamque quamcumque dignitatem obtinere non valuisset, ut ponderavit *Alvaroi. in d. c. 1. de mil. vassal.* (unde in casu simili superius narrato successione ad Regnum Neapolis inter Robertum patrum, Carolumque Numbertum nepotem, non fuit actum de Ludovico Episcopo Roberti fratri natu majore) tamen hujusmodi dispensatio de jure non paravit præjudicium juribus jam à Rege nostro quæsitis tunc in illa temporis instantia quia obiit Rex Sebastianus, prout in simili casu dixit *Bartholomeus de Capua* insignis Doctor noster regnicola in *const. Regni ut de successione in princ.* ibi, *quero consuetudo est in Regno quod primogenitus succedat legitimus, modo natus est quidam non legitimus, deinde natus est alter legitimus, deinde legitimatus est, qui primò natus est non legitimus, quæritur quis debet succedere, dic quod ille in quo primò hæc duo concurrunt simul, quia est primò natus*

66 *legitimus, & ita servatur, arg. l. quoties C. de rei vend. in qua lege excitarunt quætionem ꝑ hanc omnes Doctores Butr. Bal. Paul. Salyc. & Isf. omnesque unanimiter tenuerunt, quod si Regis primogenitus habilis non sit tempore mortis Regis ejusdem, licet postea habilis effectus fuerit, nõ præfertur secundo genito, qui reperitur primò habilis tempore mortis præfate, & successionis ad Regnum, nam habilitatio subsequens juri jam quæ quæsito obesse non debet, confirmat Tiracuell. de primogen. quæst. 38. num. 8. per totum x quod multò favorabilius firmandum erit in jure* 67 *tuendo Regis optimi ꝑ maximi, unici defensoris Catholicæ Religionis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ propugnaculi. Et ita juris esse censeo, Annibal Moles in Tribunali Regiæ Cameræ Prætidens, Anno 1579.*

A D D I T I O N E S.

¶ *Ut enim Corona, sic Regnum si pluribus dividatur vim penitus, ac nomen amittit, de cujus dicti veritate vide quos cumulant Petr. Cened. in collect. ad decret. in d. Can. in apibus, Francisc. Zoann. de prima. primog. c. 1. & in repct. l. ut vim. ff. de jus. & jur. quibus addo Petr. Greg. in syntag. jur. lib. . . . c. 15. ex num. 24. in syntax. art. mirab. lib. 21. de polit. c. 4. & in tract. de repub. lib. 5. cap. 3. 4. Inst. lips. lib. 2. polit. c. 4. Andeg. lib. 6. de repub. c. 5. & Ioan. Cas. lib. 3. c. 7. fol. 261.*

¶ *Alia refert exempla Gugliel. Barcl. de Reg. & regal. potest. lib. 3. c. 3. fol. 119. & multa mala, quæ successerunt alicubi ex immutatione successionis Regni à primogenitis enumerat Petr. Greg. de Repub. lib. 7. cap. 9.*

¶ *Quætionem hanc præter cæteros, quos cumulant Tiracquell. Leopold. Hachel. in quæst. Illust. 18. Thes. 5. lit. B. Blas. Flor. de Mena in add. ad Gamm. decis. Lusitan. 174. & Henrich. Rosentb. in synops. feudal. vol. 1. c. 7. concl. 26. fol. 451. num. 12. futè tractarunt moder. Gall. quæst. Illus. c. 3. Renat. Chop. de doman. Franch. li. 2. tit. 12. Jacob. Bere. conf. 134. Fonsal. Mend. lib. 3. divers. arg. jur. c. 7. Avendan. ad l. Taur. 40. glos. 8. Petr. Greg. de repub. lib. 7. c. 18. & Andeg. lib. 6. c. 5.*

d Scri-

- d** Scribit Iustin. lib. 23. Agatoclem Regem Siciliae in morbum incidisse, & in desperatione salutis, bellum inter filium & nepotem ortum. videes, ejus Regnum tanquam jam mortui vindicantes.
- e** Ita cum Alexand. Imm. & aliis observavit Roland. conf. 68. num. 5. 1. vol. 1.
- f** Verior, & magis communis est opinio, quod etiam quando vocantur proximiores filius, ingredia-
tur locum patris, ut ex multis ad partem relatis cum Baldo confirmat Angel. Matteac. de leg. & si-
com. par. 2. c. 6. nu. 12. ibi; ego vero longè veriore existimavi Baldi opinionem, quia nepos in
ordine succedendi est in eodem proximiori gradu, quo ipse patruus ita lege statuente, & late
Molin. de primog. lib. 3. c. 8. ex num. 11. Guttier. pract. lib. 3. qu. 66. num. 36. & 37. & qu. 69. num. 18.
19. & 59. Avend. ad l. 40. Taur. glos. 2. num. 21. ubi veriore hanc opinionem appellat, & omnino te-
nendam, & huic sententiae magis etiam videtur accedere Hieron. Zavall. pract. com. qu. 197. in fin. c. &
multos alios cumulat Turret. conf. 38. vol. 1. num. 8.
- g** Laudat casum Stephan. Forcat. in comm. de feud. c. 6. num. 9. fol. 204.
- h** Decisionem comprobat doctissimus Petr. Aerod. rer. ab omn. antiq. judic. lib. 5. tit. 14. & multa
exempla in utriusque opinionis confirmationem referunt ferè omnes allegati præcipuè Petr. Greg.
Cropp. Forcat. moder. Gall. & Andegau. quibus addo Menoch. vol. 3. conf. 211. nu. 3. sed præcipuè no-
tanda sunt quæ in hoc eodem Lusitania Regno evenerunt, Ioannes enim Ferdinandi filius, Alphonso
Avo successit, Henrico patruo vivente, hæc multo post Sebastianus Ioannis primogeniti filius Ema-
nuelis Avo Regnum excepit non autem Henricus patruus. Sed Francisc. Balduin. in §. cum filius inst.
de hæred. quæ ab intest. defer. num. 9. decisionem refert Senatus Parisiensis, ex qua in Avo successione
filia prælata fuit nepoti ex filio, nulla admissa representatione, ibi; Cum enim anno Dom. 1302.
mortuus esset Robertus secundus Comes Arthelienis, relicta filia Mathilde, & Roberto nepo-
te ex filio Philippo: Hicque nepos Robertus jure sui patris defuncti fretus vellet succedere ex-
clusa filia Mathilde: decreto sive arresto Senatus Parisiensis prohibitus est: quasi repræsenta-
tioni non esset hic locus: sed dubia videtur decisio cum possit & alia ratio ipsius afferri, ut inferius
per eund. Balduin., ibi: quanquam alio nomine indignus erat nepos ille Robertus, propterea
quod falso confixerat instrumentum, quo jactabat nominatim conventum, de hoc repræsenta-
tionis jure, &c.
- i** Et Andegav. lib. 6. c. 5. primogeniti verò filius, inquit, Rex Ungariæ jure incertum; an gratia
superatus, Bartolus autem refert in Auth. post fratres C. de legit. hæred. quòd sententia ratio fuit, quia
Regnum Apuliae erat Ecclesia Romanae devolutum, qua de causa non successiois jure Roberto Re-
gnum, sit adjudicatum, sed ex Domini concessione, & investitura, & hanc rationem inquit à se præter
ceteros excogitavit, & credo quòd illam fundabat ex his quæ dicit Bald. in tit. de filiis nat. ex matr.
ad morgan. cont. in visib. feud. nu. 3. quòd Regnum Siciliae taliter debeatur primogenito, quòd eo defi-
ciente non succedat secundo genitus, sed remaneat dispositio Regni ad Pontificem, sed certè parcant
Bart. & Bal. ratio est falsissima, quia scimus vere nunquam Regnum fuisse Pontifici devolu-
tum, & Nicol. de Ubal. de Perusio in tract. de succes. ab intest. num. 70. ut refert etiam Ias. in repet.
l. quoties num. 42. C. de rei vend. valde de Baldo miratur, ex quo ipsemet Bal. in l. cum antiquioribus
C. de jur. delib. refert quasdam conventiones habitas inter Pontificem Clementem, & Carolum Regem
Siciliae de anno 1265. quæ conventiones, & pacta videntur contrarium fionare.
- k** Quæstionem ad partes disputat Avend. ad l. Tauri 40. glos. 14. nu. 19. tandem hoc casu etiam in
individuis primogenituram admitti concludit.
- l** Fictio enim quadam est representatio, quæ non nisi in casibus à Jure expressis locum habet, ponde-
rat Didac. Spino. in specul. test. glos. 1. princ. num. 44. & seq.
- m** Comprobat idem Parlador. rer. quotidian. lib. 2. c. 15. Hipp. Rim. conf. 526. num. 2. vol. 5. fol. 152.
- n** Authores utramque opinionem defendentes late cumulant Thesaur. decis. pedem. 162. Andr. Faen.
lib. 6. contr. 3. Ludovic. Moroz. consil. 1. à num. 10. ad 20. Avend. ad l. Tauri 40. glos. 14. Molin. de just.
& jur. quæst. 104. & Ioan. Matienz. lib. 5. recopt. tit. 8. l. 5. glos. 1. concl. 14. n. 15. Ioan. Goedd. disp. jur.
par. 2. disp. 24. Thes. 43. Hieronym. Treutler. disp. par. 2. tit. 16. Thes. 5. Feder. Tilem. in disp. pandec.
par. 2. tit. 8. Thes. 19. Leopold. Hackelm. vol. 2. in 2. disp. par. 6. pandect. Thes. 29. Henrich. Rosenthal.
in synopsis. d. c. 7. concl. 56. num. 9. fol. 552. & Eman. mend. ubi supra. num. 25. qui omnes Azonis opinio-
nem defendunt, quam etiam comprobant Martin. Uran. Prenning. consil. 16. vol. 1. ubi disputando
articulum ad partes concludit quòd opinio Azonis continet meram veritatem juris num. 25. mod. Gall.
quæst. Illustr. 14. Hugo Donell. com. jur. civil. lib. 9. c. 4. Matteac. de leg. & fideic. lib. 2. c. 7. Hubert.
Giphan. antin. jur. feud. disp. 5. nu. 44. fol. 115. & in tract. de jur. feud. c. 12. num. 53. fol. 74. Reinwald.
in Axiomatolog. jur. objec. jur. 2. disp. 8. num. 23. de hæred. fol. 218. Franc. Duar. in conf. feud. c. 9. n. 10.
Gebrg. Obrecht. in disp. feud. 10. nu. 283. Petr. Belojus Consiliarius Tholosanus in disp. de succes. ab in-
test. impressa post libellum varian. jur. fol. 26. vers. Item frustra queritur, Renat. Choppin. de morib.
Paris. lib. 2. tit. 5. nu. 4. fol. 232. ubi ita alias judicatum refert in Senatu Parisiensi, Francisc. Balduin.
in §. hoc etiam addendum just. de legit. agnat. succes. num. 7. qui etiam testatur de multis arrestis in
Centumviralem Curiam Parisiensem latis de quibus etiam Papon. lib. 21. arrest. 1. cap. 11. 12. & 13.

Imber. in Enchirid. Jun. Gall. in tit. quando succeditur in stirpes fol. 325. & Dionys. Goth. in not. ad no. vel. 118. de hæred. ab intest. ven. §. si igitur ver. patruo mihi, Anton. Fabr. in Cod. Fabr. lib. 6. tit. 31. distinet. prima 2. vol. fol. 288. ubi ita etiam refert decisum in Senatu, & secundum eam decisum etiam, fuit mensibus elapsis per S. C. Neapolitanum referente Domino Vespulo, in causa illorum de Nastaris, patrocinate doctissimo viro Io. Baptista Meliori, qui in suis allegationibus omnes alios cumulavit, ut non immerito Petr. Heig. qui eandem Azonis comprobatur sententiam in comm. super inst. lib. 3. tit. 1. de legit. succes. c. 5. de ord. succes. in 3. ord. succes. collat. num. 20. fol. 285. dicat quod illa majoribus rationibus nititur, & elegantioribus probatur auctoribus, ita ut oleum, & operam perdere existimandus sit, qui contra eam disputare in animum induxerit, sed pro glossæ opinione videas Sonsbec. de feud. par. 9. num. 100. Ant. Fabr. in disput. impressa post libellum de var. num. deb. solv. Bereng. in repet. d. Auth. num. 28. in §. relatam, & præ cæteris optime Dominum Consiliarium Ioan. And. de Georg. in alleg. 30. quam olim primarius Advocatus in dicta causa composuit.

o Ioan. Leuncl. in jur. Græc. Roman. vol. 2. fol. 37.

p Sed optima ratione glossæ opinio per Authorem nostrum reprobatur, & ego præter alios etiam respondeo, quod quamvis Iustinianus ibi in secundo gradu cognatorum solum vocaverit filium, & filiam consobrini vel consobriniæ, illud non est ut dixit glos. quod hi respiciant inferius lineam transversalem, alii omnes superius, sed quia ex singulari beneficio eis placuit indulgere, quod si eadem glossæ ratione motus esset Imperator, inter sexto gradu constitutos cognatos eos etiam solos admisisset vel saltem præposuisset qui ex ordine sunt inferiori non superiori, quod non fecit; & eo magis erravit glossa, quia argumentum inducit ex l. scripto in fin. ff. und. lib. qui tex. loquitur de descendantibus liberis, & ascendentibus parentibus, non de Collateralibus superioribus, vel inferioribus ut est casus noster, ibi: non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas, & si cogitares pro glossa quod argumentum ex verbis non induxerit, sed ex sequentibus, ibi: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit liberos naturæ simul, & parentum commune votum, quasi argueret gloss. quod sicut filio debetur hæreditas magis quam patri, quia natura dirigere solet quod prius liberi quam parentes moriantur, ita et Collaterali inferiori magis debeatur quam superiori, quia natura etiam dirigitur prius Collaterales superiores quam inferiores deficere, tamen hoc non obstante errasset etiam glossa, quia non est votum Collateralis decedentis potius hæreditatem relinquere Collaterali inferiori quam superiori, sicut votum parentis, neque de necessitate etiam sequitur esse majorem natu Collateralem superiorem quam inferiorem, ut experientia docet, prout est in liberis, et parentibus, non igitur favet Collaterali inferiori, neque natura, neque votum decedentis, ut in casu d. l. scripto.

q Ex hac Authoris solutione patet, quod vim argumenti per Bart. relati multi moderni non intellexerunt, ut optime ponderat Ant. Fab. in d. disp. Forens. Respondent enim non esse absurdum unius ejusdemque hominis hæreditatem variè dividi pro varietate casuum, et personarum, ut modo in stirpes, modo in capita succedant, que solutio non resolvit argumentum, nam de una unius hominis hæreditate, et de eodem casu loquitur Bart. ut non immerito videatur absurdum unam, et eandem rem simul, et semel diverso jure censeret, et Moroz. in d. cons. num. 39. qui dicit Bartolum præsupponere assumptum falsum quod fratrum filii postquam in stirpes cum patruo successerunt inter se iterum partes dividant in capita, nullo modo vidit Bartolum, qui illud falsum esse fatetur, sed illud consequens esse dicit si vera esset Azonis opinio, et falsum, quia contra textum novellæ, sed Excellentissimus Napod. vir neque Accursio, neque Bartolo secundus, et qui floruit eodem tempore cum Bartolo, qui hæc questionem præ cæteris optime disputavit, defendendo glossæ opinionem, in consuet. sed si morienti in stirpes num. 276. aliter quam Bartolus ponderavit, cum enim pro Azone adducebatur ideo eo tantum casu quo cum patruis concurrunt nepotes in stirpes succedere, quia injustum videbatur, ut patruus, qui uno gravabatur, succedendo cum his, qui erant in tertio gradu constituti cum ipsi existerent in secundo, in alio etiam gravaretur, si illi in capita etiam succederent, et ita majorem partem auferrent, quam patres illorum essent habituri, respondet ipse hanc rationem non obstare, quia ponamus, inquit, quod defuncto superesset frater, & filii duorum fratrum præmortuorum, si consideramus, quod veniunt cum Cyo, venient in stirpem per rationem prædictam, si consideramus ipsos filios duorum fratrum præmortuorum inter se, venient in capita, cessat prædicta ratio, ergo veniunt in stirpem, & in capita, quod est conveniens. Sed cum Bartolus, et Napodanus illud pro absoluto teneant, falsum, et inconveniens esse consequens, quod patruus inter se in capita, et respectu patris in stirpem succedere debeant, nota id non tam falsum esse, quin cum casus acciderit non sit maximam passus difficultatem, ut refert Francisc. Balduin. ubi supra nu. 7. cujus dictum placet ad verbum inferere, ibi: Cæterum fuit in hoc genere alia quædam nobilissima olim in Anglia questio: quæ viz tandem multis utrinque illatis acceptisque cladibus dirimi potuit; an qui patruum antea vult per repræsentationem jure primogenituræ, idem vinci possit per suam patrualem feminam filiam ejus, qui utrumque ætate vinceret, sive quatuor esse fratres, Primum, Secundum, Tertium, Quartum. Primum mortuum relicta filia; Secundum sine liberis; Tertium relicto filio; Quartum adhuc vivere; an ibi jus primogenituræ etiam in successione cognatorum habeat locum; etsi

- eligendus est sexu dignior, & in pari sexu, ætate prior (seposito respectu omni, prioritatis, gradus, sexus, & ætatis, cæterorum transversalium, qui in considerationem non veniunt, nisi his de linea deficientibus) unde exempli causa, Moriente Rege relicto ex una fratre, quem videmus esse gradu primum, sexu masculinum, ætate maximum, ex alia verò nepti, vel pronepti etiam annicula, quam noscimus gradu remotiorem, sexu inferiorem, & ætate minorem, non est dubium quin fratre excluso illa ad Regnum sit vocanda, uti de linea ex qua omnes prius vocandi sunt, quam ad transversales deveniatur, & in his de linea tantum præfatæ tres prærogativæ sunt considerandæ, ita considerant feudistæ, & eorum antesignanus *Andr. de Ifern. in c. 1. de nat. succ. feud. & præ cæteris melius, & elegantius tradit singularis Doctor noster Regnicola, in vestra Hispania non cognitus, Sebastianus Napodanus in consuet. hujus Civitatis Neapolis incip. si moriatur ver. & omnia, in glos. in ver. ex masculis num. 120. usque ad finem, & in consue. incip. si quis, vel si qua num. 152. 155. & nu. 237. Capyc. decis. 159. num. 5. Alex. consil. 5. lib. 6. col. 2. ver. hæc confirmo, Paul. Cast. cons. 164. Grat. cons. 16. & Covar. præf. quæst. 38. nu. 5.*
- 14 Deveniendò igitur ad casum nostrum, nullum in eo reperianus de linea Regum ultimo mortuorum, sive Sebastianum mortuum, sive Henricum Cardinalem viventem consideremus, sed omnes transversales ex fratribus, & sororibus hujus Regis Henrici, descendentes verò ex linea, & femine Emanuelis Regis, qui genuit Henricum hodie Regem, Odoardum jam defunctum, ex quo superest Catherina Ducissa Bregantiæ, Beatricem, ex qua superest Emanuel Dux Sabaudia, & Isabellam Imperatricem, ex qua Philippus Rex noster, ex quibus omnibus juxta præfatas nostras propositiones eligendi sunt tantummodò, Philippus Rex, Emanuel Dux, & Catherina Ducissa, uti cæteris proximiores in gradu ipsique inter se pares in eodem.
- 15 Sed relinquamus Ducem, qui exiitente Philippo, & ætate majori, & ex Isabella primogenita nato, nihil juris in Regno hodie prætere potest, remanet lis derimenda inter dictam Ducissam, & Philippum Regem nostrum, qui pares sunt in prærogativa gradus, sed dispares in sexu, cujus prærogativa cum sit in Rege nostro, remanet jus ejusdem ad Regnum evidentissimum.
- 16 Una solum remanet difficultas, quæ jus hoc Regis nostri interturbare videtur, in beneficium juris à Ducissa prætensi, & est repræsentatio inter personam Odoardi patris in personam ipsius Catherinæ filia, jus enim sanxit in successione, quòd filii parentum suorum personam repræsentent, ita ut valeant ipsi non solum ingredi genitorum gradum ex *tex. in §. cæterum vers. nos verò inst. de legit. agnat. succ. l. lege 12. tabularum §. hujusmodi. C. de leg. hered. & Auth. de hered.*
- 17 *ab intest. venient. in princ.* sed etiam sexum, & sic inter foeminas converti in masculos, & ut tales reputari virtute legis Vellejæ, ut not. *glos. in l. Gallus §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum.* Quo supposito Catherina Ducissa, & si foemina, repræsentabit gradum, & sexum sui ascendentis, ut late comprobatur idem celebris *Doctor Sebastian. Napod. in d. consuet. si moriatur ver. & omnia in glos. 1. nu. 103. & 105.* ubi tenet filiam patris personam subingredientem in gradu, & sexu præferendam, uti præferendus esset ejus pater, & in *§. & omnia d. consuet. in glos. in ver. ex masculis nu. 120. ad finem.* Unde prout Odoardus Infans Portugallia prælati fuisse Serenissimæ Isabellæ Imperatrici sorori, si uterque nunc in humanis ageret, ita & Catherina Odoardi filia præferri nunc debeat Philippo Isabellæ filio; nec obstat quòd Philippus sit masculus, ipsa verò foemina, nam lex cum foeminam respuit masculino existente, respuit videtur etiam masculos ex ea derivantes, infecta enim primitiva inficitur, & derivativa, *Bart. in l. liberorum num. 14. ff. de verb. signif. Dec. consil. 85. in fine Cravet. cons. 22. in fin. par. j. & ante illos Andr. noster in prima rubr. §. hoc autem. per totum, & num. 19. refert Jacobin. in ver. ex foeminis num. 5.*
- 18 Hæc tamen Ducissæ oppositio subsequenter rationibus resolvitur, & primo tota inter subingressionis materia subtilissimè, & acutissimè à Doctoribus tractata bimestris est, aut enim versatur inter descendentes, aut inter transversales ultimi morientis.
- 19 In primo casu descendentium, cum quis moritur relicto ex una filio, ex altera nepote ex præmortuo primogenito, nulla est inter dubitationem, quin juxta communis juris regulas nepos ille veniat patris personam repræsentans, imò & pronepos, abnepos, & trinepos, etiamque si daretur in infinitum, Avi, Proavi, Abavi, Atavi, & Tritavi personam subingrederetur, nam ast *Imp. in Auth. de hered. ab intest. ven. in princ. In hoc ordine descendentium gradum non quarimus, & sic descendentes in infinitum ex patrum repræsentatione portionem illi debitam sibi vendicabunt, quem successione modum in stirpes lex nominavit; quod non modo locum sibi vendicat in bonis liberis allodialibus, verum etiam in feudilibus c. 1. de grad. succ. in feud. c. 1. de succes. feud. cum concord. allegatis per Andr. ibi, & cæteros Doctores.*
- 20 At cum agitur de successione Regni ad quod plures simul vocari non possunt, prout in re allodiali, sed tantum primogenitus, præfata regula magnam temporibus elapsis passa fuit difficultatem, adeoque fuit quæstio difficilis reputata, ut multi Doctores quos citat *Tiraquell. de primogen. quæst. 40. num. 11.* tractaverint ex professo quæstionem, & eam relinquerint incertam,

- c
23 ciam, & idem *Tiraquell.* altissimum dicit esse omnium pelagus, cujus vix fundum reperias, e
unde cum *Scipio Africanus* † consimilem controversiam quasi arbiter sedare vellet; inter *Cor-*
bin. & *Orsuam*, negarunt illi se alium Deorum vel hominum, quam Martem Iudicem habituros.
ut refert *Liv. histo. lib. 38.* & eadem res Bernardum Italiae Regem ad arma adversus Ludovi-
cum Pium Imper. capienda excitavit, cum diceret Imperium sibi non Ludovico deberi, quippe
Pipini primogeniti filius esset Caroli Magni nepos, Ludovicus vero patruus ex Pipino patre
secundus, nec propterea si Pipinus morte praeventus esset, legitimo successione jure fraudari
d
debere, d & a multis conclusum fuit subingressione † in Regno etiam respectu descenden-
24 tium ex recta linea Regis ultimo mortui locum non habere, & Rege mortuo tenuerunt potius
secundo genitum, quam primogeniti filium ex subingressione defectu praferendum; Hac po-
tissimum ratione moti, quia lex successione Regnorum specialis est, & ad successione vo-
cat eum qui primo natus reperitur, & sic patruus, qui primus ortus est lege speciali vocatus
excludet nepotem non obstante subingressione illi ex communi jure alia concessa, ita in
successione Regnorum consideravit *Andreas de Ifern. in c. 1. de nat. succes. feud. in ver. quareit glos-*
sa num. 14. vers. hac essent vera in c. 1. de succes. feud. in princ. ver. repete hic que in c. 1. de grad. suc-
ces. in feud. num. 4. vers. & hoc est verum in cap. 1. Imper. Lothar. col. 1. & in ver. si filius fratris. & in
c. Imperialem §. praeterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Feder. in quibus locis semper firmat,
& fundat subingressione etiam cessare in linea descendenti, cum ad successione vocantur
certae personae, ut videlicet primo natus tempore mortis illius de cujus successione discutitur,
allegat praecipue *tex. in l. si libertus praeterito. §. si libertus. ff. de bon. lib. ubi, Si libertus intestato*
decesserit relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus nepotes non admittentur quandiu
filius esset, quia proximum quemque, ad hereditatem liberti vocari manifestum est. cum aliis
concord.
25 Et in hujus sententiae confirmationem, (ut caetera praetermittam) duo principaliter afforun-
tur exempla; primum fuit † in Hispania, quia in successione Alfonsi cognomine *el Sabio.* San-
cius secundo genitus praelatus fuit Alfonso filio Ferdinandi primogeniti dicti communiter de
la Cerda, ex consilio Jacobi Secundi Aragonei, & Dionysii Portugalliae Regum, ut refert in-
ter modernos *Stephan. Garib. lib. 13. compen. hist. cap. 7. 10. 12. 14. 30. & lib. 14. c. 6.* aliud affertur
26 exemplum † in hoc Regno nostro Neapolitano in anno 1309. quo cum Carolus Rex obiisset
relicto Carolo Nuberto nepote ex filio primogenito, relictisque filiis Ludovico tunc Tholosa-
no Episcopo secundo genito, & Roberto tertio genito, exorta fuit altercatio super successio-
ne Regni inter Robertum, & Carolum Numbertum (nam Lodovicus, qui Roberto praferendus
fuisset, uti Episcopus, inhabilis effectus fuerat ad regnandum) Roberto uti gradu proximior,
& aetate majore ad successione de jure se vocatum praetendente, Carolo autem uti patris
personam representante, quae determinata fuit per sedem Apostolicam in Concistorio die
primo Augusti ejusdem anni in favorem secundo geniti Roberti, subingressione nepotis non
admissa, quam sententiam dixit *Bal. in l. liberti. C. de oper. libert. & in l. cum antiquioribus. C. de*
jure delib. promulgatam fuisse a Pontifice Bonifacio VIII. Maximo jurista conditore libri
Bald. cumque sequenti, cum verè sententia lata fuerit a Clemente Quinto, ut ex ejus investitura
in Roberti personam in nostro Neapolitano Archivio adhuc hodie existente sub data 26. Au-
gusti ejusdem anni 1309. clare constar, quo tempore Bonifacius jam erat sex decursis annis vi-
ta functus; quae Summi Pontificis sententia, ut potè cui summa inest potestas, summaque debet
reverentia, adeo illorum temporum Doctores terruit, ut contrariam tenere, vel defendere
amplius ausi non fuerint, sed potius illam sequentes affirmaverint in puncto juris subingres-
27 sione in Regni successione non admitti. † *Geminian. Riccard. Imol. Franc. Alex. Ias.* & alii
plures multis in locis relati, & potissimum a *Ioan. Cirier. de primogen. quest. 25. lib. 1.* & praeter
ab eo allegatos, hanc eandem opinionem tenuerunt *Anto. de Rosellis in tract. de succes. ab intest.*
col. 31. Anto. de Prato veter. in repet. l. in quartam in 6. quest. ff. ad leg. Falcid. Gul. de Pern. conf. 13.
Dec. conf. 443. Luc. de Pen. in l. si quis in fine C. de procur. sacr. serin. & in l. fin. C. de Tiron. lib. 12. &
in l. j. C. de privil. eorundem, eod. lib. Afflict. in c. 1. de succes. feud. num. 89. disputans ad partes ar-
ticulum viginti illinc adductis argumentis, & *Jacob. Cujac.* inter Neotericos doctissimus in
c. 1. de grad. sucec. in feud. qui eandem opinionem firmat per rationem ab *Andreas de Ifern. a su-*
28 pra relata, adducitque aliam ipse magni quidem ponderis meo Iudicio, † quod subingressio
a lege inducitur in favorem nepotum, ut cum patruo ad habendam partem concurrerent,
non ut ipsum a tota parte excluderent, unde in Regno, quod non patitur divisionem, merito
patruus tanquam proximior est vocandus.
29 Hac tamen communi antiquorum post sententiam Pontificiam determinatione non obsta-
te, eorumque rationibus non officientibus, contraria subsequente † temporibus praevalet
opinio, eaque indistinctè sit evenientibus casibus decisa, perpetuaque servata consuetudine, ut ne-
pos

- pos ex primogenito præmortuo natus secundo genito patruo suo præferatur juxta communis juris civilis sanctiones, & fuit etiam antiqua opinio *Petr. de Bellapert. in l. paterfamilias §. quindecim C. de leg. num. 13. vers. & in contrarium resolvunt*, sicque in hoc Regno servatum fuisse refert *Grammat. decis. j. eundemque servari morem in Gallia, referunt scriptores Galli, ex lege lata, cui nos videmus consimilem conditam in Regnis Castellæ, ut in par. 2. tit. 15. & in l. 40. zaur. relata per Covar. in c. 38. præct. quæst. nu. 67.* qui uti fuit vir doctus, considerat in favorem nepotis rationem unam præ cæteris efficacem, quod lex successione Regnorum vocans primogenitos vocasse videatur totam lineam ipsorum, & prout ex communis legis dispositione omnes descendentes cunctis collateralibus præferuntur, sic vocata, & vocatis, ex speciali lege successione ad Regna, primogenitura, & primogenitis, omnes ex eorum linea viventes præferendi erunt, cessante gradus prærogativa, quæ non potest, nec debet patrum secundo genitum juvare, uti non ex linea primo geniti, cujus quidem linea non persona vocata censetur, quam celebrem considerationem, & si *Covar. asserat novam esse sui que ingenii fœtum (ut & ego opinor) inveni tamen eam ante ipsum adductam à Doctore haud minus celebri Sebast. Napod. in d. consuet. si moriatur vers. & omnia nu. 118. & 120. nec penitus incognitam, & omisam à Paul. Cast. conf. 164. in causa majoratus Don Petri a fan de Ribera Hispalens. in 6. col. vers. ad secundum respondetur.*
- 30 Nec obstat *tex. in d. §. si libertus*, quia omittendo ¶ varias solutiones à Doctõribus relatas, ibi merito concludit *Jurisc.* nepotes non admittendos, ex quo materia, de qua agebatur, suadebat proximos tantum esse filios, cum non tractetur de succedendo avo, vel alteri ascendenti, nec transversali in casibus permisis .i. referendis, sed tantum de succedendo liberto, qui non est neque ascendens, neque transversalis, ut cessent insomnia aliquorum, e qui favore libertatis id esse, asserbant, ne libertus cogatur habere plures patronos, hoc enim in consideratione non habetur, ut in *s. sequenti* ibi, *Si autem ex duobus patronis alter unum filium, alter duos reliquisset.*
- f dixi viriles inter eos partes fieri. f
- 31 Nec pro hac parte nepotum antiqua etiam deficiunt exempla, nam *Plutarch. in vita Licurgi* scribit, cum ¶ Eunomus Lacedæmoniorum Rex duos filios haberet Polidette, & Licurgum, Polidettes autem nullo filio superstite decessisset, atque ob eam causam Eunomo mortuo Regni hæreditas Licurgo delata fuisset, regnassetque menses circiter octo, post cum Polidettis viginti filium peperisset, Licurgum ei coronam cessisse *g Pausanias* quoque *lib. 3.* scribit Cleomenes Lacedæmoniorum Rege mortuo, litem de Regni hæreditate positam inter Areum ex Acrotato primo filio demortuo nepotem, & Cleomenem secundum filium ipsius Arei patrum, Senatam autem Areo Regnum adjudicasse, h & multa alia per Doct. afferuntur exempla, quæ brevitatis causa non refero
- 33 Et ad contraria relata solutiones afferuntur, quia quod attinet ad Primum ¶ de Sancio Prælato Alfonso filio ex Ferdinando primo genito, plura pro solutione sunt advertenda. Nam ultra quod ut idem *Stephan. Garib. lib. 13. c. 14. 15. & 16.* refert, tunc in Hispania lex aliqua non extabat hoc determinans, nisi postmodum à Ferdinando, & Elisabetha Regibus lata, ut ex *l. 40. Tau.* non omnes Regni Castellæ, & legionis universitates juraverunt Sancio ut futuro Regi, & quæ juramentum præstiterunt, id potius vi, & metu, quam sponte fecerunt, erat enim Sancius moribus superbus, & ferox, unde ei cognomen *el Bravo*, & ut refert *Ric. lib. 3. Hispan.* quatuor hominum millia trucidari jussit, quod in tumultu quodam Alfonso nepotem Regem appellarent, eo adeo ut ausus fuerit non modo subditos cogere ad jurandum ei, ut Principi, & futuro successori, sed insurgere adversus patrem, & ipsum expellere à Regno, quinimò (quod iniquius) eundem parentem per judices ab eo electos solemniter sententia privatum à jure Regni declaravit, quam Regni privationem evenisse credendum est Alfonso Regi ob injustitiam, quam prius exercuit in Alfonso nepotem, unde postea & idem met Alfonso conscientie stimulo agitated, voluit à principio Regnum Ioannense nepoti ex primo genito concedere, sed tenuit Sancius, & impugnavit, inde verò crescente Sancii impietate Alfonso idem in anno 1283, Sancium eundem filium à successione Regni privatum declaravit, absolvens cunctos subditos à fidelitate eidem, ut Principi promissa, & publica sententia reliquit maledictum, confirmavitque hoc ultimis suis tabulis die 8. Novembris 1283. in quibus declaravit nepotem ex primo genito Regni successorem. Ad secundum verò ¶ de sententia Pontificia respondetur cum Baldo, qui dixit quod sedes Apostolica in illa ferenda sententia in favorem patrum, potissimum subditorum hujus Regni beneficium prospexerat, Carolus quidem Numbertus in Ungheria degebat, unde malè poterat hos subditos existentes in Italia regere, Robertus verò præsens erat, tum ille jam erat Rex, & sic Regno uno contentus esse debuerat, & poterat, Robertus verò vixisset Regni dignissimus, erat enim Salomon alter in ferendis sententiis, quod & confirmant ejus imagines, & picturæ antiquissimæ quarum ad pedes lupus, & agnus adstabant, unde non mirum si postea effectus Rex in judicando contrarium decidit ejus, quod in persona sua judicatum

earum fuerat, adjudicando Comitatum Sancti Severini nepoti cuidam excluso patruo, prout retulit *Barbat. consil. 10. fol. 2.* subdens Robertum Regem aliud iussisse, ut iudicem, aliud voluisse ut partem, hocque idem dixit *Bald. in l. si viva. C. de bon. mater. & in l. liberti libertaque col. 5. vers. sed dubitatur*, Pontificem inquit in illa sententia fuisse magis partialem, quam Apostolicum. i

35 Et pro hac ultima, & vera opinione in favorem nepotis non defuerunt Doctores ꝛ haud quidem prioribus sive numero, sive autoritate inferiores, *Oldrad. Alex. Ioan. Andr. Abb. Castr. Aretin. & Barbat. asserens consil. 10.* Doctores hanc opinionem tenentes majores ceteris esse, numero, pondere, & mensura, *Ioannes Fabr. Soc. Felin. & alii*, quos retulit *Cirier. ubi supra.*

Hæcque omnia sint respectu primi pñcti in subingressione materia, de quo casus præfens noster non est, sed in secundo casu principali de successione transversalium, cum quis moritur sine filiis, & sine descendantibus ex semine suo, relictis tantum filiis fratris, quos lex transversales appellat, tunc quidem licet se habet subingressione materia ꝛ ex legum, & communium iurium dispositione, nam indubitata res est, in huiusmodi casu subingressione non admitti, imò expressè prohiberi *ex l. lege duodecim tabularum C. de legit. hered. & in auth. post fratres la 2. C. eod. & in 5. si plures Inst. de legit. agnat. succes.* in quibus iuribus decisum est inter collaterales in stirpes non dari successione, scilicet per repræsentationem, sed in capita, quod omnes ejusdem gradus sive masculi, sive sint fœminæ ex eadem tamen linea, seu stipite derivantes, pro æquali portione succedant.

At non inciamur inter Collaterales eosdem, adhuc duos esse casus, in quibus successio datur subingressione beneficio ab Imper. Iustin. in suis novellis admittos, & hi sunt, cum quidam ꝛ moritur sine filiis relicto tantum ex una fratre, ex altera verò filio seu filiis fratris alterius præmortui, tunc enim filii illi, nepotes ultimò morientis possunt subingredi personam patris, & concurrere ad eandem patruo ultimo loco mortui successione. Cum altero patruo vivente in stirpes, videlicet pro ea parte quam pater eorum si vixisset esset habiturus, dividenda inter omnes ipsos *in auth. de hered. ab intestat. §. igitur defunctus*, ad exemplum divini juris quod jus istud repræsentationis non modo probavit, sed & fratrum filios fratres appellavit, sic enim Abraham, cum bona dividerentur inter se & Loth, addit hæc verba: *frater enim meus est.* Et hoc idem institutum fuit in successione feudorum *in cap. 1. de grad. succes. in feud.* k Item & alter casus cum ꝛ in successione defuncti ejus patruus, & fratris filius concurrat, hoc enim etiam casu, & si omnes sint in tertio gradu, nepos tamen patris personam repræsentando excludet patruum defuncti ex subingressione beneficio *in §. illud palam ejusdem Auth.* His tamen casibus postpositis ꝛ non reperitur in jure alter admittitur, ut remotior gradu cum proximiori concurrat, & sic ajunt Doct. textum præfatum esse juris communis correctorium, & privilegium, quod extendi ꝛ non possit de casu ad casum l unde exempli gratia in quolibet alio casu, si quis morietur sine filiis relicto patruo, & filio alterius patruo ejus patrueli, subingressio patrueli non daretur, sed patruus de jure succederet, juxta textum *in l. avunculo C. comm. de succes. m & dixit Napod. in consil. si quis, vel si qua in glos. j. magna vers. in collateralibus verò num. 136. & sequen.*

41 Et in casu nostro cum concurrunt duo nepotes ꝛ ad successione Chii, ut erit morte subsequenda Serenissimi Regis Portugallie Henrici nunc viventis, vel in casu fortiori cum concurrunt dos tios secundos ad successione de un sobrino secundo, ut fuit morte sequuta Serenissimi Regis Sebastiani, in his duobus casibus, & in ipsorum quolibet remanet bene probatum subingressione non dari, cum lex aliqua hoc non constituat, imò contrarium dispositum reperimus in allegata *l. lege duodecim tabularum, cum concord.*

42 Non ignoro glossæ sententiam fuisse, quòd concurrentibus ꝛ simul ex una duobus vel pluribus, ex altera uno vel etiam pluribus simul inter se patruelibus nepotibus ex fratribus ad successione communis patruo, nullo alio superstiti patruo, tunc successio esse etiam debeat in stirpes, & non in capita, n ut sic quilibet succedat repræsentando personam patris non suam, & unius præmortui locum suppleat, ac simul tantum auferant, quantum is cujus in locum omnes subrogantur successione tulisset, ita ut in effectu semper filii fratrum ipsum patrem repræsentent, etiam quando soli ipsi inter ipsos non modo quando cum eorum, vel defuncti patruo concurrunt, quam glossæ opinionem sequuti sunt *Bart. in l. post consanguineos §. hereditas. ff. de suis, & legitim. & in consil. 173.* in eandem sententiam referens *Dyn. Cyn. & Jacob. de Arena, & Accursii consilium se vidisse, Jacob. de Belvis. Bellapert. Guliel. de Cun. Francisc. de Rampon. Ioan. Fabr. & alii quos cumulant Tiraquel. & Maturin. Montan. in repet. d. auth. in 5. si igitur vers. ad sunt multo plures,* & testatur de communi *Conrad. Lag. in method. jur. civil. par. 2. cap. 59. num. 35. fol. 208.*

43 Sed magis communis adversa emerfit opinio temporibus nostris ex *Harmenopulo, & Azone,* quem olim sequuti etiam fuerunt omnes Doctores autè glossam, ut testatur *Bal. in c. 1. de natur. succes. feud. Jacob. Butrig. Odofred. Alberic. Bald. & Salic. in auth. cessante,* affirmantes hanc magis

A

com-

communem sententiam esse, quod patruus isti patruo successuri in capita succedere debeant & non in stirpes, nulla considerata patrum repræsentatione, cum aliis cumulatis per *Tiraquel. & Montan.*

Probat hoc clarè *Iustin. novella in auth. de hæred. ab intest. ven. coll. 9. in §. si igitur ver. hujusmodi*, cum enim Imperat. fratrum filios cum defuncti fratre superflite concurrentes singulari beneficio per repræsentationem patrum ad successionem admiserit, *Hujusmodi verò, inquit, privilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrum masculorum, & fæminarum filiis, & filiabus, ut in suorum parentum jura succedant, nulli alii personæ ex hoc ordine venienti hoc jus largimur, sed & ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium concedimus, quando cum propriis vocantur Chiiis masculis, & fæminis, sive paterni, sive materni sint.* Cum quò concordat *Pragmatica*, quam *Iustineaneas* leges compilado *Michaelis Duce Imperatoris* jussu edidit *Michael Attaliata* o proconsul & *Iudex in c. 41. ibi.* *Hujusmodi verò privilegium in eodem cognationis ordine solis fratrum sororumq; filiis, aut filiabus damus, ut in parentum suorum jura succedant, quippe nulli proisus alii personæ, qua hoc ordine venit, hoc jus concedimus, & inferius Iustiniianus, quandoquidem fratris, & sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in proprium parentum succedentes locum, soli in tertio constituti gradu cum his, qui in secundo gradu sunt, vocentur, quæ verba præcisa, solum, omnino, tunc, cum prægnantèr præcidant, omnem detorsionem, omnem extensionem abnegant.*

Nec obstat *vers. illud palam*, quem pro *Accursio* omnes ponderant, in quo præponuntur filii fratris defuncti Tii ejusdem defuncti, qui in tertio sunt gradu constituti ut supra retulimus, nam
44 ¶ etiam hoc casu repræsentant, & ex novo privilegio ad alterius exclusionem veniunt, & illud palam esse dicit *Iustiniianus*, non quia hoc casu absque repræsentatione excluderetur patruus, quod sit in ordine minus favorabili lateralium, quàm filii fratris, qui sunt de Collateralibus inferioribus, cum illi sint de superioribus, ut aliqui dicunt ex *glossa junct. tex. inst. de success. cognat.*
P nulla enim p lege probari potest neque codicis, neque pandectarum, quod descendentes laterales pari gradu cum ascendèntibus lateralibus uspiam illos excludant, imò .in §. si verò neque fratres ejusdem *auth.* clarè contrarium deciditur, ibi: *ad hæreditatem vocamus secundum unius cujusque gradus prærogativam, ut viciniore gradu ipsi reliquis præponantur; si autem plurimi ejusdem gradus inveniantur secundum personarum numerum inter eos hæreditas dividatur*, Sed palam dicit esse, idest aperta, & clara ratione ad istum casum de novo etiam in repræsentatione includendum motum esse, ut quia injustum videatur, dum concurrunt cum his, qui sunt in ceteriori gradu, non eodem beneficio excludant eos, qui sunt in ulteriori, ut deduxisse etiam videtur *Irner.* in translatione *auth. post fratres C. de suis, & legit.* ibi, *hi autem fratrum filii cum pares sint defuncti fratribus, præferuntur absque dubio ejusdem defuncti patruis, & aliis similibus, & clarius etiam ex Attaliata ubi supra colligitur, qui cum solis his qui sunt in tertio gradu concurrentibus cum his, qui sunt in secundo constituti, privilegium concedi dicat, statim manifestum esse, dicit excludere illos, qui in tertio sunt gradu constituti, ibi, quando igitur fratris sororisque liberis tale privilegium tribuimus, ut in locum parentum succedentes licet tertii gradus existant, soli cum iis, qui in primo secundove gradu sunt, ad successionem vocentur. Hoc sanè manifestum est eos patruis defuncti maribus, atque fæminis paterno, maternoque genere prognatis præferri, quamvis ii tertium similiter cognationis gradum obtineant.*

Minus obstat *vers. si verò neque fratres*, ubi subdit *Iustiniianus* vocari cognatos hac conditione, si defunctus neque fratres, neque fratrum filios reliquerit, quasi fratrum filii etiam soli ex his
45 verbis per repræsentationem admittuntur; ¶ nam addit Imperator, ut diximus, & hac adjæctione de filiis fratrum omnem substulit dubitationem; demonstrat enim se non loqui de his separatim inter se, & solis succedentibus, sed succedentibus unà, & conjunctim cum fratribus defuncti, nam de illis hætenus dixerat, ut eos vocaret solum cum defuncti fratribus.

46 Et demùm non obstat ultimum, quo utitur *Bartolus*, argumentum, quod secundum ¶ *Azonis* sententiam, cum privilegium illud detur solum in casu concurrentiæ cum patruo, dum casus succederet quo quis decederet relicto fratre, & filiis ex duobus fratribus succederent illi respectu patrum in stirpes ex quo eorum patruus tertiam integram partem haberet, & inter eos in capita, cum tamen contrarium statuat Imperator, ut etiam eo casu inter eos succedant in stirpes, & consequentiã deducit *Bart. ex l. qui complures. ff. de vulg. & pupil. subst.* ubi in casu quo testator quatuor hæredes instituerit pro diversis inæqualibus portionibus, ac uni ipsorum tantum vulgariter substituerit, & Titium, & tres reliquos cohæredes, cum casus substitutionis eveniret, succedet Titius pro numero personarum pro integra quarta parte, & tres reliqui cohæredes pro portionibus hæreditariis, nam omittendo varias per Doctores adductas solutiones, respondetur non ideo cohæredes ibi pro hæreditariis portionibus succedere, quia Titius adjunctus fuit ita quod pro numero personarum succedissent si Titius substitutus non esset, nam, nulli dubium est quod eadem ratione pro hæreditariis portionibus succedissent, & si de Titio nulla mentio facta fuisset, ex illa generâ d: cisionis ratione, quâ ibi *glossa* ponit in *ver. hæreditarias*,

tarias, quod videatur testator easdem partes quas in institutione, repetiisse in substitutione ex l. si plures eod. tit. unde Bald. ibi notat quod disjuncti in institutione intelligantur disjuncti in substitutione, quod non est in casu nostro, ubi propter illum concursum cum patruo succedunt nepotes ex persona eorum patris, qui si patruus nullus concurreret, possent ex propria

9 persona succedere. q

47 Vera ergo est opinio, tunc solum representationis beneficium fratrum filiis concessisse Iustinianum; quando concurrunt cum propriis Tiis, non aliter, ꝑ ea enim benignitatis ratio, qua illum ad istud novum jus instituendum induxit, ut pars aliqua miseris propinquis concederetur, qui antea nullam habebant, in hoc altero casu non militat, nam antiquo jure prospectum illis fuerat, aditusque ad hereditatem patris æquè ut aliis patebat in capita, l. 2. §. hereditas. ff. de suis, & legit. hered. ibi. Et si plures sint ejusdem gradus omnibus competit, scilicet ut puta si duos fratres habui, vel duos patruos, unus ex his unum filium, alius duos reliquit, hereditas mea in tres 48 partes dividetur. imò etiam Iustiniano ꝑ jure illo in capita succedebant antè novellam, ut in §. non solum instit. de leg. agn. succ. & clarius declarat Theophilus in inst. eod. tit. §. his ita, ibi: Verum hodie ex his: quæ à Principe nostro inventa sunt, ipsa filio fratris præferetur jus agnati habens ex constitutione, quod autem dicitur in capite, sic intelligendum est, veluti evenit ut intestatus moreretur 49 relicto fratris, & sororis jam tunc mortuorum filiis, sed fratris quidem erant tres, aut quatuor, sororis autem duo, aut unus, non est dicendum filios sororis dimidiam partem, & filios fratris alteram dimidiam accepturos, verum in capita fiet divisio, & fratris filii cum quatuor sint, quatuor partes habebunt, sororis autem duas, unde improvidens fuisset Imperator eos vestire, qui non erant nudi, vulneribus mederi, cum sani essent, baculo, & tibicine eos sustentare, qui ambulare propriis viribus poterant; Item, & alium adjunctum esse casum, per eundem Iustinianum Imperatorem, quando cum defuncti patruis fratris filii concurrant, quia cum per novum illum supra relatum casum illi concurrant cum fratre defuncti, injustum videbatur Imperat. non etiam defuncti patruos excluderent in tertio gradu constitutos, qui à fratribus illis absque dubio fuissent exclusi ut supra diximus.

Aliæ autem rationes fufius per Doctores allegantur ab antiquioribus feudistis Iacob. Ardi in tit. de success. feud. Iacob. de Belvis. in c. 1. de nat. succ. feud. & à modernioribus Udalric. Zas. lib. 1. 49 resp. 7. & lib. 1. conf. 3. qui refert eo patrocinante ꝑ sic decisum per Carolum V. Imper. in conventu ordinum spiræ in anno 1529.

50 Addo & de hoc extare legem particularem conditam per Regem Flavianum Recaredum ex Gothis ꝑ Hispaniæ Regem, qui Toleti regnabant, sitam in tit. 2. l. 8. lib. 4. qui olim liber judicium hodie vero Juzgo nuncupatur & ibi (Si aquelque morre nõ ha hermanos, nen' hermanas, mas ad un hermano, ò sobriño, e d' otras hermanas ha muchos, todos los sobrinos, deven partir egualmiente su buena por cabeza el Rey Don Flavio Rescindo fizo esta ley.) qui regnavit de anno 586. fuit fide prius, & pace præclarus, Ecclesiam Toletanam fundavit, & ab eo communis & recepta scribentium sententia est, recta linea descendente Hispaniæ Reges à Pelagio usque ad Regem nostrum Philippum, ut narrat Alphonsus de Villadiego in ejus Chronica Regum Gotthorum.

51 Nec est magnificienda authoritas glossæ, ut quæ non solum textibus ut supra demonstravimus, sed sibi ipsi diffidet, ꝑ nam quamvis alibi contra Azonem tenuerit, tamen inst. de leg. agn. succes. §. hoc etiam, ejus doctrinam amplectitur, quo nomine tanquam testis varius quid fidei habeat, facile judicari potest (inquit Iacob. Spieg. in lexic. in ver. in capita) qui etiam advertit quod legendo Azonem, consulendo ab eo recessit, ut dicit Bar. ubi supra, quæ variatio quid notet, nu-

52 tu intelligitur, non enim ignoramus in consiliis inesse quæstum, & lucrum, sic & Bal. ꝑ quamvis pro glossæ opinione aliquandò consulisset, tamen in d. auth. cessante, ab ea recessit, Ego timens, inquit, recedere à glossis in consulendo etiam consului secundum glossas, modo videtur mihi quod opinio Azonis, & sequacium sit magis consona literæ, & naturæ, & Andreas Barb. doctissi-

53 mus jurisconsultus ꝑ. cum etiam pro Accursii opinione consulisset, tamen in suis additionibus quas ad Baldum in d. auth. cessante, fortè sine lucro scripsit, post recitatam Sa'ycti doctrinam, rem eam cogitandam reliquit.

54 Quod si Azonis opinio locum habet in bonis allodialibus, & divisionem patrencibus, multo magis in indivisibilibus procedet, ꝑ & in iis in quibus unus tantum successor esse debet; ut in feudis, & Regnis, quæ primogenito conferuntur; hocquè duplici ratione, & prima, quia ubi primogenitura inest, per necesse subsequitur prælatio unius & exclusio cæterorum, unde Doctores multi, qui tenuerunt inter patruos subingressionem admitti, etiam quando cum patruo non concurrunt, illam tamen admitti negarunt casu quo propter illam fieret prælatio unius, & exclusio cæteris, nam tunc ut in casu odioso restrinxerunt se ad regulam legis mandantis inter Collaterales subingressionem non admitti; secunda quia, si inter descendentes in quibus lex subingressionem concessit indistinctè usque ad infinitum, cum sumus in casu primogenituræ, & successionis Regni, tanta exorta fuit inter Doctores altercatio, & contrarietas, an sepos subin-

- grēdi possit parentis personam ad excludendum patrum, ut supra reculimus, quanto magis jure quidem sobstineri poterit inter transversales, in quibus lex subingressionem eandem expresse prohibuit, & vetavit, qua valida ratione compulsi Doctores quidam affirmant ¶ etiam in casu illo quo inter Collaterales (nepotē scilicet concurrere cum altero patruo ad successionem patrum) subingressio de jure admittitur, si tunc de primogenitura agendum sit, locum tunc non dari subingressioni, quia jura voluerint nepotem patruo æquare, non præferre, *Affl. in c. 1. de grad. succ. in feud. num. 18. & in c. omnes filii si de feud. defunct. milit. in quest. quatuor ponit num. 11. & decidit num. 31. Anton. de Butr. conf. 48. & antè eos Andr. de Isern. in 55 conf. Reg. incip. ut de successionibus, & quamvis alii communiter contrarium teneant, Covar. ¶ pract. quest. c. 38. num. 10. vers. 3. ad intellectum, sequens Socin. in conf. 252. lib. 2. & posito in lecturis post tit. quis, & à quo appell. & Tiraquel. de primog. qu. 41. tamen extrà hunc casum concurrentiæ nepotis cum patruo, & in quolibet alio, & sic in casu nostro, nec Covar. nec Socin. nec Tiraqu. nec alius qui scripta reliquit, affirmavit admissa primogenitura inter Collaterales dari 57 subingressionem, & ratio est manifesta, ¶ quia non potest repræsentare nepos ipse primogenituram, quam ejus pater non habuit, ille enim nunquam fuit genitus, neque primogenitus, neque primogenitura unquam potius fuit, ita singulariter ad hoc propositum dixit, vir mihi semper admirabilis *Napod. in sepius alleg. consuet. si moriatur. ver. & omnia in glos. in ver. ex masculis nu. 120. quia ubi non adest simpliciter, nec potest adesse compositum l. si tibi. ff. de opti. leg. Affl. in d. c. omnes si de feud. defun. mil. fuer. controv.**
- 58 Ex quibus nulla alia remanet meo judicio in hoc articulo disputatio, cum enim Rex noster ¶ nepos sit, & in eodem gradu fœmina Ducissa Bregantiæ, & repræsentatio non sit admissa, clarè remanet pro Rege nostro evidentissimum jus ad Regni Portugalliæ successionem.
- 59 Nisi demum diceretur, Illustrissimam Ducissam ¶ Bregantiæ uti ex masculino descendente m. præferendam, Philippum verò Regem nostrum uti ex fœmina postponendum. Quæ tamen non obstant, nam supposito ex supradictis hoc in ratione subingressionis fundari non posse; aut hoc asseritur supponendo quòd Rex noster cognatus sit uti ex fœminâ proveniens, Illustris. verò Ducissa agnatus uti ex masculino; aut quia exclusa Serenissima Isabella Imperatrice ut fœmina, exclusus videatur ex ea descendens, ex rēgula illa vulgata, quod infecta primitiva inficitur derivativa.
- 60 Et quò ad primum respondetur ¶ falsum esse præsuppositum, nam juxta posteriores Iusti. Imper. leges agnatus tam est ex ex fœmina, quam ex masculino natus, si de uno eodemque stipite, uterque proveniet sublata in omnibus agnationis, & cognationis differentia, *tex. est in d. l. lege duodecim tabularum, & in d. s. ceterum ver. novero in fin. de legit. agnat. succ. dixit Bal. in d. auth. cessante, & firmavit Napodan. in d. conf. si moriatur vers. & omnia in prima glossa.* Tum etiam quia si concederetur à nobis Regem nostrum, ut ex fœmina natum cognatum dici, eadem ratione ex altera parte concedendum esset Illustris. Ducissam cognatam etiam esse uti fœminam, nam si Serenissimæ Imperatrici non profuisset esse filiam Emanuelis Regis, nec proderit Illustris. Ducissæ natam se filiam Odoardi Infantis Portugalliæ, & sic uterque cognatus appellandus esset, & ipsa Ducissa, & Rex noster, licet vera & illa, & hic agnatus sit censendus.
- 61 Quò ad secundum animadvertitur ¶ tunc demum infectam dici primitivam, cum fœmina in totum, & penitus à successione excluditur, ut in feudis inspecto jure communi feudorum, tunc enim filius ex ipsa descendens uti derivativa, & si masculus, infectus putetur, ita *Andr. de Iser. in c. 1. §. & quia de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. de quo sibi vel hered. suis masc. & ita procedit decisio Bart. in l. si liberorum. ff. de verb. signif.* at cum fœminâ habilis est ad succedendum, ut in casu nostro, sed tantummodo excluditur à masculino in eodem gradu sitente, tunc dici non potest infecta primitiva, & filius ex ea proveniens succedet; licet ipsa minimè ex casu successerit, ita singulariter *Napod. in d. conf. si moriatur. ver. & omnia in prima glossa,* ubi loquens in terminis constitutionis hujus Regni fœminas ad successionem feudorum admittentis, cum qualitate tamen quòd masculis præferantur, non obstante communi lege feudorum eas penitus excludente dicit hæc verba, *nepos ex filia, quæ poterat in feudo succedere virtute constitutionis Regni, admittitur sicut ejus mater non ex sexu matris, sed quia illa non fuit exclusa, & per consequens nec ejus filius, sexus enim fœmineus non est omnimodo exclusus ut inhabilis nisi quando concurrat cum masculino, quia tunc masculus sibi præfertur, & fœmina tunc non repellitur, ut omnino & indistinctè inhabilis, sed ut minus habilis, quam masculus cum quo concurrat, dixitque ad hoc Math. de Affl. in c. 1. de eo qui sibi, & hered. suis mascul. autoritatem Napodani tantam esse, quòd opinioni suæ adversari esset parere os in cælum;* Exclusio igitur fœminarum à regnando conditionata, ad tempus, & ob 62 causam est, ¶ cessante igitur conditione illa, tempore, & causa, videlicet cum masculis deficiunt, cessat & ipsa exclusio, nam (ut dixit *Bal.*)amoto impedimento per obitum masculorum ipsa amotio impedimenti retrofringit impedimentum nunquam fuisse, suspendit etenim existentia masculorum, non privat; Porro aliud est suspendere, aliud est tollere *l. hereditas §. 1. ff. de hered. instit. &*

jura habentia causam ad tempus ex tempore petunt *cap. cum bone, de atat. & qualit. & exclusio temporalis ad perpetuam trahi non potest l. epistola s. fin. ff. de part. pro ut hæc omnia refert Anchar. cons. 339. num. 9.*

63 Tandem hoc jus Regis nostri tot rationibus, & legibus communitum adjuvatur etiam exemplis, nam ꝑ in anno 1411. Martino Aragoniæ Rege sine prole defuncto, cum ad successionem inter alios plures concurrerent Violanta fratris filia, & Ferdinandus sororis filius, & magna fuisset super eorum successione disputatio inter Doctores, inter quos Petrus de Anchar. Doctor tunc temporis Illustris pro Violanta præfata consuluit multis rationibus, & juribus pro ea adductis in d. cons. 339. demum electis novem sapientibus à tribus Regnis coronæ Aragonensis, sententia cessit in favorem Ferdinandi filii ex sorore, qui fuit ad Regnum assumptus, quæ sententia (ut refert Marinus Siculus, aliique illius Regni scriptores) adeo fuit iusta reputata, ut iam à Spiritu sancto crederetur.

64 Quæ omnia (ut diximus) procedunt in successione eventura Serenissimi Regis Henrici nunc viventis, quod si successionem jam eventam Sebastiani Regis consideremus, multo fortius ꝑ locum vendicabunt, nam eo casu concurrentibus ut supra diximus duobus magnis chiis utriusque in quarto gradu sistentibus, ad communis nepotis successionem, decisio resultat indubitabilis in virilis sexus beneficium, nullo existente Doctore, qui ausus fuerit neque disputare tali casu admittendam esse subingressionem, nulla etiam existente lege, vel consuetudine ne quidem barbara, quæ hoc disposuerit.

Nec dicatur, de successione Sebastiani Regis non posse tractari, quia illi successit Henricus, 65 de cujus successione agendum erit, nam firmandum censemus quod licet Sanctissimus ꝑ Dominus noster Gregorius XIII. Summus Pontifex habilitaverit Henricum Cardinalem ut in Regno succederet, ad quod sine illa habilitatione non fuisset vocatus per ea, quæ dicit Bald. in cap. cum in magistrum de elect. & Aud. de Isern. ceterique Doctores in c. de milit. vassal. qui arma bell. de pos. & ipsum exemperit ab infamia apostasiæ cum qua Regnum aliamque quamcumque dignitatem obtinere non valuisset, ut ponderavit Alvarot. in d. c. 1. de mil. vassal. (unde in casu simili superius narrato successionis ad Regnum Neapolis inter Robertum patrum, Carolumque Numbertum nepotem, non fuit actum de Ludovico Episcopo Roberti fratri natu majore) tamen hujusmodi dispensatio de jure non paravit præjudicium juribus jam à Rege nostro quæsitis tunc in illa temporis instantia quia obiit Rex Sebastianus, prout in simili casu dixit Bartholomæus de Capua insignis Doctor noster regnicola in const. Regni ut de successione in princ. ibi, quæro consuetudo est in Regno quod primogenitus succedat legitimus, modo natus est quidam non legitimus, deinde natus est alter legitimus, deinde legitimatus est, qui primò natus est non legitimus, quaeritur quis debet succedere, dic quod ille in quo primò hæc duo concurrunt simul, quia est primò natus

66 legitimus, & ita servatur, arg. l. quoties C. de rei vend. in qua lege excitantur quæstionem ꝑ hanc omnes Doctores Butr. Bal. Paul. Salyc. & Iaf. omnesque unanimiter tenuerunt, quod si Regis primogenitus habilis non sit tempore mortis Regis ejusdem, licet postea habilis effectus fuerit, nõ præfertur secundo genito, qui reperitur primò habilis tempore mortis præfate, & successionis ad Regnum, nam habilitatio subsequens juri jam quæ quæsito obesse non debet, confirmat Tiraquell. de primogen. quæst. 38. num. 8. per totum x quod multo favorabilius firmandum erit in jure,

67 tuendo Regis optimi ꝑ maximi, unici defensoris Catholicæ Religionis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ propugnaculi. Et ita juris esse censeo, Annibal Moles in Tribunali Regiæ Cameræ Præfatus, Anno 1579.

A D D I T I O N E S.

a Ut enim Corona, sic Regnum si pluribus dividatur vim penitus, ac nomen amittit, de cujus dicti veritate vide quos cumulant Petr. Cened. in collect. ad decret. in d. Can. in apibus, Francisc. Zoann. de prima. primog. c. 1. & in repet. l. ut vim. ff. de jus. & jur. quibus addo Petr. Greg. in syntag. jur. lib. . . . c. 15. ex num. 24. in syntax. art. mirab. lib. 21. de polit. c. 4. & in tract. de repub. lib. 5. cap. 3. 4. Inst. lips. lib. 2. polit. c. 4. Andeg. lib. 6. de repub. c. 5. & Ioan. Cas. lib. 3. c. 7. fol. 261.

b Alia refert exempla Gugliel. Barcl. de Reg. & regal. potest. lib. 3. c. 3. fol. 119. & multa mala, quæ successerunt alicubi ex immutatione successionis Regni à primogenitis enumerat Petr. Greg. de Repub. lib. 7. cap. 9.

c Quæstionem hanc præter ceteros, quos cumulant Tiraquell. Leopold. Hæchel. in quæst. Illust. 18. Thef. 5. lit. B. Blas. Flor. de Mena in add. ad Gamm. decis. Lusitan. 174. & Henrich. Rosentb. in synopsis. feudal. vol. 1. c. 7. concl. 26. fol. 451. num. 12. futè tractarunt modet. Gall. quæst. Illus. c. 3. Renat. Chop. de doman. Franch. li. 2. tit. 12. Jacob. Bere. cons. 134. Fonsal. Mend. lib. 3. divers. arg. jur. c. 7. Avendan. ad l. Taur. 40. glos. 8. Petr. Greg. de republ. lib. 7. c. 18. & Andeg. lib. 6. c. 5.

d Scri-

- d. Scribit Iustin. lib. 23. Agatoclem Regem Sicilia in morbum incidisse, & in desperatione salutis, bellum inter filium & nepotem ortum. videtur, ejus Regnum tanquam jam mortui vindicantes.
- e. Ita cum Alexand. Imm. & aliis observavit Roland. conf. 68. num. 5. 1. vol. 1.
- f. Verior, & magis communis est opinio, quod etiam quando vocantur proximiores filius, ingrediar locum patris, ut ex multis ad partem relatis cum Baldo confirmat Angel. Matteac. de leg. & sic. com. par. 2. c. 6. nu. 12. ibi: ego vero longè veriore existimavi Baldi opinionem, quia ne pos in ordine succedendi est in eodem proximiori gradu, quo ipse patruus ita lege statuente, & late Molin. de primog. lib. 3. c. 8. ex num. 11. Guttier. pract. lib. 3. qu. 66. num. 36. & 37. & qu. 69. num. 18. 19. & 59. Avend. ad l. 40. Taur. glos. 2. num. 21. ubi veriore hanc opinionem appellat, & omnino tenendam, & huic sententiæ magis etiam videtur accedere Hieron. Zavall. pract. com. qu. 197. in fin. c. & multos alios cumulat Turret. conf. 38. vol. 1. num. 8.
- g. Laudat casum Stephan. Forcat. in comm. de feud. c. 6. num. 9. fol. 204.
- h. Decisionem comprobat doctissimus Petr. Aerod. rer. ab omn. antiq. judic. lib. 5. tit. 14. & multa exempla in utriusque opinionis confirmationem referunt ferè omnes allegati præcipuè Petr. Greg. Cioopp. Forcat. moder. Gall. & Andegau. quibus addo Menoch. vol. 3. conf. 211. nu. 3. sed præcipuè notanda sunt quæ in hoc eodem Lusitaniæ Regno evenerunt, Ioannes enim Ferdinandi filius, Alphonso Avo successit, Henrico patruo vivente, hæc multo post Sebastianus Ioannis primogeniti filius Emanuelis Avi Regnum excepit non autem Henricus patruus. Sed Francisc. Balduin. in s. cum filius inst. de hæred. quæ ab intest. deser. num. 9. decisionem refert Senatus Parisiensis, ex qua in Avi successione, filia prælata fuit nepoti ex filio, nulla admissa representatione, ibi: Cum enim anno Dom. 1302. mortuus esset Robertus secundus Comes Arthelientis, relicta filia Mathilde, & Roberto nepote ex filio Philippo: Hicque nepos Robertus jure sui patris defuncti fretus vellet succedere exclusa filia Mathilde: decreto sive arresto Senatus Parisiensis prohibitus est: quasi representationi non esset hic locus: sed dubia videtur decisio cum possit & alia ratio ipsius afferri, ut inferius per eund. Balduin., ibi: quanquam alio nomine indignus erat nepos ille Robertus, propterea quod falso confixerat iultrumentum, quo jactabat nominatim conventum, de hoc representationis jure, &c.
- i. Et Andegav. lib. 6. c. 5. primogeniti verò filius, inquit, Rex Ungariæ jure incertum; an gratia superatus, Bartolus autem refert in Auth. post fratres C. de legit. hæred. quòd sententiæ ratio fuit, quia Regnum Apulia erat Ecclesiæ Romanæ devolutum, quæ de causa non successione jure Roberto Regnum, sit adjudicatum, sed ex Domini concessione, & investitura, & hanc rationem inquit à se præter ceteros excogitavit, & credo quòd illam fundabat ex his quæ dicit Bald. in tit. de filiis nat. ex matr. ad morgant. cont. in visib. feud. nu. 3. quod Regnum Siciliae taliter debeatur primogenito, quòd eo deficiente non succedat secundo genitus, sed remaneat dispositio Regni ad Pontificem, sed certè parcat Bart. & Bal. ratio est falsissima, quia scimus vere nunquam Regnum fuisse Pontifici devolutum, & Nicol. de Ubal. de Perusio in tract. de suces. ab intest. num. 70. ut refert etiam Ias. in repet. l. quoties num. 42. C. de rei vend. valde de Baldo miratur, ex quo ipsemet Bal. in l. cum antiquioribus C. de jur. delib. refert quasdam conventiones, & pacta videntur contrarium sonare.
- k. Quæstionem ad partes disputat Avend. ad l. Tauri 40. glos. 14. nu. 19. tandem hoc casu etiam in individuis primogenituram admitti concludit.
- l. Fictio enim quædam est representatio, quæ non nisi in casibus à Jure expressis locum habet, ponderat Didac. Spino. in specul. test. glos. 1. princ. num. 44. & seq.
- m. Comprobat idem Parlador. rer. quotidian. lib. 2. c. 15. Hipp. Rim. conf. 526. num. 2. vol. 5. fol. 152.
- n. Authores utramque opinionem defendentes late cumulant Thesaur. decis. pedem. 162. Andr. Fachin. lib. 6. contr. 3. Ludovic. Moroz. consil. 1. à num. 10. ad 20. Avend. ad l. Tauri 40. glos. 14. Molin. de just. & jur. quæst. 104. & Ioan. Matienz. lib. 5. recopt. tit. 8. l. 5. glos. 1. concl. 14. n. 15. Ioan. Goedd. disp. jur. par. 2. disp. 24. Thes. 43. Hieronym. Trentler. disp. par. 2. tit. 16. Thes. 5. Feder. Tilem. in disp. pandec. par. 2. tit. 8. Thes. 19. Leopold. Hackelm. vol. 2. in 2. disp. par. 6. pandect. Thes. 29. Henrich. Rosenthal. in synops. d. c. 7. concl. 56. num. 9. fol. 552. & Eman. mend. ubi supra. num. 25. qui omnes Azonis opinionem defendunt, quam etiam comprobant Martin. Uran. Prenning. consil. 16. vol. 1. ubi disputando articulum ad partes concludit quod opinio Azonis continet meram veritatè juris num. 25. mod. Gall. quæst. Illust. 14. Hugo Donell. com. jur. civil. lib. 9. c. 4. Matteac. de leg. & fideic. lib. 2. c. 7. Hubert. Giph. in antiq. jur. feud. disp. 5. nu. 44. fol. 115. & in tract. de jur. feud. c. 12. num. 53. fol. 74. Reinwald. in Axiomatolog. iur. objec. jur. 2. disp. 8. num. 23. de hæred. fol. 218. Franc. Duar. in cons. feud. c. 9. n. 10. Gedrg. Obrecht. in disp. feud. 10. nu. 283. Petr. Belojus Consiliarius Tholosanus in disp. de succes. ab intest. impressa post libellum varian. jur. fol. 26. vers. Item frustra queritur, Renat. Choppin. de morib. Paris. lib. 2. tit. 5. nu. 4. fol. 232. ubi ita alias iudicatum refert in Senatu Parisiensi, Francisc. Balduin. in s. hoc etiam addendum just. de legit. agnat. suces. num. 7. qui etiam testatur de multis arrestis in Centumviralem Curiam Parisiensem latis de quibus etiam Papon. lib. 21. arrest. 1. cap. 11. 12. & 13.

Imber. in Enchirid. Jun. Gall. in tit. quando succeditur in stirpes fol. 325. & Dionys. Goth. in not. ad no. vel. 118. de hæred. ab intest. ven. s. si igitur ver. patruo mihi, Anton. Fabr. in Cod. Fabr. lib. 6. tit. 31. distinct. prima 2. vol. fol. 288. ubi ita etiam refert decisum in Senatu, & secundum eam decisum etiam, fuit mensibus elapsis per S. C. Neapolitanum referente Domino Vespulo, in causa illorum de Nastavit, patrocinate doctissimo viro Io. Baptista Meliori, qui in suis allegationibus omnes alios cumulat, ut non immerito Petr. Heig. qui eandem Azonis comprobat sententiam in comm. super inst. lib. 3 tit. 1. de legit. succes. c. 5. de ord. succes. in 3. ord. succes. collat. num. 20. fol. 285. dicat quod illa majoribus rationibus nititur, & elegantioribus probatur authoribus, ita ut oleum, & operam perdere existimandus sit, qui contra eam disputare in animum induxerit, sed pro glossæ opinione videas Sonsbec. de feud. par. 9. num. 100. Ant. Fabr. in disput. impressa post libellum de var. num. deb. solv. Bereng. in repet. d. Auth. num. 28. in 5. relatum, & præ cæteris optimè Dominum Consiliarium Ioan. And. de Georg. in alleg. 30. quam olim primarius Advocatus in dicta causa composuit.

o Ioan. Leuncl. in jur. Græc. Roman. vol. 2. fol. 37.

p Sed optima ratione glossæ opinio per Authorem nostrum reprobat, & ego præter alios etiam, respondeo, quod quamvis Iustinianus ibi in secundo gradu cognatorum solum vocaverit filium, & filiam consobrini vel consobrinæ, illud non est ut dixit glos. quod hi respiciant inferius lineam transversalem, alii omnes superius, sed quia ex singulari beneficio eis placuit indulgere, quod si eadem glossæ ratione motus esset Imperator, inter sexto gradu constitutos cognatos eos etiam solos admisisset vel saltem præposuisset qui ex ordine sunt inferiori non superiori, quod non fecit; & eo magis erravit glossa, quia argumentum inducit ex l. scripto in fin. ff. und. lib. qui tex. loquitur de descendantibus liberis, & ascendentibus parentibus, non de Collateralibus superioribus, vel inferioribus ut est casus noster, ibi: non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas, & si cogitares pro glossa quod argumentum ex verbis non induxerit, sed ex sequentibus, ibi: parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit liberos naturæ simul, & parentum commune votum, quasi argueret gloss. quod sicut filio debetur hæreditas magis quam patri, quia natura dirigere solet quod prius liberi quam parentes moriantur, ita et Collaterali inferiori magis debeat quam superiori, quia natura etiam dirigitur prius Collaterales superiores quam inferiores deficere, tamen hoc non obstante errasset etiam glossa, quia non est votum Collateralis decedentis potius hæreditatem relinquere Collaterali inferiori quam superiori, sicut votum parentis, neque de necessitate etiam sequitur esse majorem natu Collateralem superiorem quam inferiorem, ut experientia docet, prout est in liberis, et parentibus, non igitur favet Collaterali inferiori, neque natura, neque votum decedentis, ut in casu d. l. scripto.

q Ex hac. Authoris solutione patet, quod vim argumenti per Bart. relati multi moderni non intellexerunt, ut optimè ponderat Ant. Fab. in d. disp. Forens. Respondent enim non esse absurdum unius ejusdemque hominis hæreditatem variè dividi pro varietate casuum, et personarum, ut modo in stirpes, modo in capita succedant, quæ solutio non resolvit argumentum, nam de una unius hominis hæreditate, et de eodem casu loquitur Bart. ut non immerito videatur absurdum unam, et eandem rem simul, et semel diverso jure censei, et Moroz. in d. cons. num. 39. qui dicit Bartolum præsupponere assumptum falsum quod fratrum filii postquam in stirpes cum patruo successerunt inter se iterum partes dividant in capita, nullo modo vidit Bartolum, qui illud falsum esse fatetur, sed illud consequens esse dicit si vera esset Azonis opinio, et falsum, quia contra textum novellæ, sed Excellentissimus Napod. vir neque Accursio, neque Bartolo secundus, et qui floruit eodem tempore cum Bartolo, qui hæc questionem præ cæteris optimè disputavit, defendendo glossæ opinionem, in consuet. sed si morienti in stirpes uum. 276. aliter quam Bartolus ponderavit, cum enim pro Azone adducebatur ideo eo tantum casu quo cum patruis concurrunt nepotes in stirpes succedere, quia injustum videbatur, ut patruus, qui uno gravabatur, succedendo cum his, qui erant in tertio gradu constituti cum ipsi existerent in secundo, in alio etiam gravaretur, si illi in capita etiam succederent, et ita majorem partem auferrent, quam patres illorum essent habituri, respondet ipse hanc rationem non obstare, quia ponamus, inquit, quod defuncto superesset frater, & filii duorum fratrum præmortuorum, si consideramus, quod veniunt cum Cyo, venient in stirpem per rationem prædictam, si consideramus ipsos filios duorum fratrum præmortuorum inter se, venient in capita, cessat prædicta ratio, ergo veniunt in stirpem, & in capita, quod est conveniens. Sed cum Bartolus, et Napodanus illud pro absoluto teneant, falsum, et inconveniens esse consequens, quod patrueles inter se in capita, et respectu patrui in stirpem succedere debeant, nota id non tam falsum esse, quin cum casus acciderit non sit maximam passus difficultatem, ut refert Francis. Balduin. ubi supra nu. 7. cujus dictum placet ad verbum inferere, ibi: Cæterum fuit in hoc genere alia quædam nobilissima olim in Anglia quæstio: quæ vix tandem multis utrinque illatis acceptisque cladibus dirimi potuit; an qui patruum antecire vult per repræsentationem jure primogenituræ, idem vinci possit per suam patruelem fœminam filiam ejus, qui utrumque ætate vinceret, finge quatuor esse fratres, Primum, Secundum, Tertium, Quartum. Primum mortuum relicta filia; Secundum sine liberis; Tertium relicto filio; Quartum adhuc vivere; an ibi jus primogenituræ etiam in successione cognatorum habeat locum; etsi

etsi quæzatur de successione Secundi intestato, & sine liberis mortui; an filius Tertii præferatur suo patruo Quarto, representando patrem suum Tertium & idem tamquam masculus præferatur suæ patrueli filię Primi, quam in pari gradu existentem non patiatu representare patrem Primum. Hæc (inquam) maxima fuit quæstio in Anglia ante annos centum inter nobilissimas duas filias Regii sanguinis Lancastriam, quæ rosæ rubræ, & Eboracensem, quæ albe insignibus utebatur, &c. Et sic non dubitabatur excludendum esse fratrem Quartum per filios Primi, & Tertii, & maximè alteratum, an Primi filia excluderetur per filium Tertii, quod si representatio semel admissa fuit, secundum Bartol. & Napodan. sententiam, dubitandum non erat quin filia Primi fuisset præferenda.

Eandem rationem comprobat Avend. ad l. Taur. 8. glos. 1. fol. 19.

Rectè Author noster allegat Theophili auctoritatem ad probandum, quod de jure Iustiniani ante novellam fratrum filii soli in capita succedebant non in stirpes, & Iacob. Curt. Doctor Burgensis. qui Theophili textum è Græco in Latinum converfit ibi in add. nimis erravit in ver. in capita signando illa verba pro Azonis opinione, credens forsitan Theophilum dum antea dixerat, verum hodie ex his, quæ à Principe nostro inventa sunt, loqui de prædicta Iustiniani novella, cum verè loquatur Theophilus de constitutione Iustiniani tempore institutionum, non novellarum, quod evidentius patet, ibi ipsa filio patris præfertur jus agnate habens ex constitutione, & de constitutione novella id intelligi non posse non est dubitandum, quia in ea jus agnationis, & cognationis est penitus sublatum, Item in eodem §. deciditur inferius fratrem excludere fratris filium, quod est sublatum in novella; sic etiam errarunt Franciscus Duaren. alioquin accuratissimus interpret in c. 9. num. 10. in feud. Renat. Choppin Petr. Heig. num. 21. & Francisc. Balduin. ubi sup. qui ad idem allegant Theoph. & magis martiosè etiam Io. Vaud. lib. 1. quæst. jur. c. 24. qui pro eadem Azonis sententia ponderat Theoph. mutilatis verbis refert enim ejus textum, verum hodie ex his, quæ à Principe nostro inventa sunt, si intertestatus moriatur relicta fratri, aut sororis filiis, non refert verba illa, ipsa filio fratris præferatur jus agnate habens ex constitutione, ut facilius lectorem deciperet, qui de Vaud. confusus non legeret Theoph. textum ex his, cum verbis (quæ omiserat) clarissimè, & statim notum fit de novella Iustiniani Theophilum non loqui, ut supra ponderavi; etsi Theoph. text. legeretur ut Vaudus ipse componit neque pro Azone probaret, quis enim tam ignarus, qui non videat verba illa hodie ex his, quæ à Principe nostro inventa sunt ad tempus quo condite fuerunt institutiones, esse referenda, cum eo tempore, quo scribit Theophilus, de componendis novellis neque cogitaverit Imperator.

Quam antiquissimam legem moribus Hispaniæ receptam fuisse docet l. 13. tit. 3. fori & idem confirmasse constat doctissimos viros, qui ex jure communi leges partitarum deduxerunt, dum in part. 6. tit. 13. l. 5. id clarissimè decreverunt not. Avend. ad l. Tauri 4. glos. 14. n. 13. & Villadiegus in comm. ad dictam legem.

Quævis multi quos cumulant Herman. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. n. 161. et Intrigliol. de feud. centur. 2. ar. 2. n. 100. voluerint semel exclusa femina perpetuo exclusam videri, tamen contrarium est verius, et defendit ipse Vult. et multi quos idem allegat n. 52. Leopold Hackelm. in quæst. Illust. 18. Thes. 10. et Henrich. Rosenthal. in synop. tit. 7. concl. 44. et 45. vol. 1. fol. 521. quibus addo Andr. Knichen. ad privileg. jur. Saxon. c. 8. et Petr. Heig. qu. jur. lib. 1. o. 26. et eam tam juri scripto, quam naturali justitiæ convenientiorem respondet Fulgos. conf. 8. vers. neque hujus sententiæ conf. 12. nu. 2. in fin. quinimò equivoque, et veriorum certo se credere dicit Minsinger. centur. 5. obser. 84. ut et illam in judicando, et consuec. osequendam dicat Vuesemb. cap. 6. n. 23. de feud. et Hannecon. lib. 2. de feud. c. 9. dicit contrariam decisionem esse duram, et ab humanitate omni alienam, et illam respondet Roman. conf. 1. n. 3. alicubi usu receptam esse ex rigorosa feudali consuetudine, et durior videtur opinio Duareno c. 9. n. 12. de feud. et Iul. Clar. scribit in §. feudum q. 30. vers. sed è converso illam sententiam semper duram sibi visam, fuisse, et ita pro contraria judicatum est in Camera in causa Ill. Ducis Magdaluni cum D. Ioanna Carrafa de anno 1571. ut refert idem noster Author in tit. de jure devolution. decis. 3. in decisionibus Reg. Cam. Suvv. quas uti senex valetudinarius, et pressus mole negotiorum tam in supremo Italiæ Consilio, apud Catholicâ Majestati, quam in Regni hujus Collaterali Consilio, et uti erat haud nimis gloriæ affectator, vivens prælo mandare non valuit, nec voluit, eas tamen jam typis excudendas curamus.

Valentin. Forster. de succes. ab intest. lib. 6. c. 36. advertit etiam Lanar. conf. 1. nu. 11. & late Mich. Aguirr. in apolog. de succes. Portug. par. 4. à n. 26. per multos seq. & faciunt, quæ communiter scribentes dicunt de filiis non legitimis, qui post mortem patris impetrant Principis rescriptum, quod eo casu non aliter concedat Princeps nisi consanguineorum adsit consensus Leopold. Hackei. qui alios allegat vol. 2. disp. 2. par. 6. pandect. Thes. 8. & latius Daniel. Nebell. juridicar. disput. jur. par. 2. Thes. 306. fol. 204. ubi ex multis etiam fundat Principem à Deo constitutum esse, ut justitiam faciat, et illius fines atque terminos excidendo Principis nomine se reddere indignum, et notat quæ pulchrè dixit Claudianus Poeta ad Honorium.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti
Tū civem patremque geris, tū consule cunctis
Nec tibi, nec tua te moveant, sed publica vota.

D. Thomas Moles.

A N-

Hoc Dom. Regentis peritum Responsum, aliudque sequens (aliàs typis impressa Neap. anno 1608. cum additionibus ejus dignissimi filii D. Thomæ Moles) hùc transcribenda curavimus, ut uno oculorum obtutu magni illius I.C. ingenii partus aspici queant. Celebris equidem superiori seculo contentio fuit, sive rei, de qua agebatur, magnitudinem inspicias, sive contententium Majestatem, sive auctoritatem Iureconsultorum, qui de Regni Portugalliaë successionem pro Rege Catholico Inviciss. Philippo II. acutè, ingeniosèque scripsere: Prætermitemus indè consultò quidquid in re tam gravi, in Causa tam justa è re nostra dici valeret; Compendium verò rationum, sive titulorum, qui hac super Corona, Catholicæ Majestati assistunt, Scriptorumque cathalogum tacitè nullo modo possumus præterire.

1 Ad primum igitur, quod attinet titulum, est successio, sanguinis jure, quæ fuit in Augustis. Rege Philippo II. uti nepote inter masculos majore sui avi Regis Emmanuelis communis stirpis eorum, qui Regnum illud ad se spectare contenderunt; Ideoque respectu Catharinaë Bragantiæ Ducissæ, neptis etiam Regis Emmanuelis, præerat Ser. Rex Philippus II. in pari quidem gradu, & consanguinitate Regi, & Cardinali Henrico ultimo possessori, servata masculinitatis, & majoris ætatis prærogativa; Successionem enim sanguinis, seu gentilitiam in Regnis Successoriis, esse Jurisgentium, suadet exemplum Regni Hebræorum, quod ab eis expetitum, & datum, sicut universa habent nationes, ut in lib. 1. Regum cap. 8. vers. 6. constat fuisse Successorium jure stirpis in primogenitis, & tam olim in præcipuis Imperiis Assyriorum, Medorum, Persarum, Macedonum, Ægyptiorum, quam postea etiam in Regnis, quæ testamentis, & divisioni Regis ultimi subjacere solita, obtinuisse tandem gentilitiam Successionem, communi gentium consensu agnoscunt, post alios Petr. Gregor. lib. 7. de Rep. cap. 4. Guillelmus Barclajus lib. 3. de Regno contra Monarchom. Besold. disp. Nomico-polit. de Regia Success. & elect. in Prodomo, Bodinus lib. 2. de Republ. cap. 3. & lib. 6. cap. 5. Arnisaus de Republ. cap. 2. D. Franciscus de Balboa in pleno tract. de Monarchia Regum, Io: Torre de Success. in primog. & majorat. Italiaë par. 1. cap. 35. §. 3. per tot.

2 In Successione etiam Portugalliaë Regni, debebat præferri, inter ejusdem gradus propinquos, Rex Philippus masculus, cum apud Gentes, & Nationes Regna primò ad masculos, & successivè ad fœminas deferantur, ut ex innumeris ostendunt Arnisaus de Republ. cap. 2. sect. 12. per tot. Torre d. cap. 35. §. 6. per tot. Et in hoc Lusitaniaë Regno, quod in eo succedant fœminæ in defectu masculorum, Michael Riccius in hist. Reg. Hisp. lib. 3. cap. 29. relatus à Carolo de Rosa ad Consuet. Neap. de Success. ab int. cons. si moriatur num. 135. Caramuel in Philippo Prudente disp. 4. lib. 5. c. 14.

3 Eò magis, quia propinquus est major natu, ex præscripto naturalis rationis, & gentium juris, quod patet vel ex Successore Iosaphati Ioramo, cui tradidisse pater Regnum dicitur, quia erat primogenitus 2. Paralip. 21. Imò Salomon ipse redarguens petitionem patris, confitetur ratione primogenituræ pertinuisse, cum ait: Cur non & Regnum ipse deposcis, quia me major natu est, & à suis partibus habet Abiatharum Summum Sacerdotem, & Ioab principem exercituum, 1. Reg. 2. Perseus apud Livium lib. 40. orat. de Regno Macedonico contra fratrem Demetrium: Regnare utique vis: huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat gentium jus. Et postea: Caput Regnum, & quidem sceleratè cupit, qui transcendere festinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, juris gentium, obstat frater major. Et ex aliis Petr. Gregor. de Republ. lib. 7. cap. 5. & seq. cit. Arnisaus de Rep. cap. 2. sect. 8. per tot. Torre d. cap. 35. §. 4. per tot.

4 Inter propinquos verò transversales, qui Successionem prætendebant, ratio haberi non poterat de repræsentatione, & linea, qua se muniebat Catharina ex persona Duarthis sui patris; Siquidem repræsentationem in jus, seu successionem, & gradum prædefuncti, ad concursum in alterius hæreditatè, non esse juris gentium, sed vel privilegium, vel Commentum Civilis Romanorum juris, docuere Hennig: Arnisaus de Rep. d. c. 2. sect. 10. & cit. Torre d. c. 35. §. 5. ubi latè de repræsentatione, & doctissimè post alios Excell. D. Franciscus Ramos del Manzano in libello ad Summum Pont. Alex. VII. circa provisionem Episcopatum vacantium in Portugalliaë Regno à n. 8. ad seqq. Prout in specie contra Catharinam Bragantiæ, si repræsentatio, seu linea, qua nitebatur, admitteretur, excludendam atiquè à Raynutio Duce Parmensis, expendebant Collegia Patavina, Perusina, & Bononiensia apud Lusitanos Conimbricenses ab anonymo vulgatos lib. 2. de Iure succedendi in Regno Portug. & apud Mich. Aguirre in Apologi. pro nostro Rege in ead. Success. 1. par. n. 201. & memorat Jacob. August. Thuanus lib. 69. Histor. ibi: Repræsentationis beneficium urgebatur à Brigantina, & à Raynutio, qui Raynutius eandem rationem postea contra Catharinam materteram respicebat, ipse ex grandiore natu Eduardi filia natus.

5 Ex quibus, aliisque fundamentis optimè concludi potest, vanas fuisse prætensiones Raynutii Farnesii Ducis Parmensis, ex Maria, quæ Alexandri uxor fuit, Sorori suæ Catharinaë præmortuæ.

Ducis Sabaudia ex Beatrice Sorore Helisabeth minore, pro quo scripserunt *Antonius Bagnafacus, Amedeus de Ponte, & Octavianus Cacheranus*, inter *Consilia ult. volunt. Ziletti* 138. 139. & 140.

Antonii, qui se Aloysii legitimum asserbat.

Reginae Christianissimae, ex remotis rationibus à matre Magdalena.

Catharinae ex praefata representatione Duartis.

Procerum Regni Portugalliae, qui ex Successoris defectu, electionem praetendebant.

Et liquere de optimo Iure Potentissimi Regis Philippi, & aetate majoris, & ex Isabella primogeniti; cui successione titulo additur ille iusti, ac necessarii belli, quo illius Coronae possessionem nactus, *sed neque sic, cum alii arma pararent, aut caperent, invasisit, aut ejecit* (ajente Lipsio in exemplis politic. lib. 2. c. 3. n. 11.) *sed ante omnia jus suum disputari à Theologis, & Consul-tis fecit, jamque de eo certior, copias promovit. In limite erat Lusitania, & omnis mora noxia, ta-mèn iterum moratur, iterumque peritos convocat, & per Deum, & fidem obtestatur, liberis vocibus, sensibusque edicerent, quid juris sui esset; Hoc non cupere se modò, sed jubere, omnes uno ore jus af-firmant. Tùm denique Ferdinandus Dux Albe invadit. Et concludit: Imitentur, Philippum, Reges, nec temerè ambitio ad arma impellat. Eodemque spiritu consonat Thomas Lansius de Principatu inter Prov. Europ. in orat. pro Hisp. p. 177. Besold. tom. 3. Polit. dissert. de arte, & jure belli cap. 5. n. 5. & 15. & in communi de justitia Philippi in bellis obeundis, cum egregio ejus elogio, Martin. Navarr. de re dit. Eccl. qu. 1. §. 28. n. 3. & seq. Solorzan. emblem. 88. n. 39. aliuque.*

6 Tertius titulus omni alio potior est possessio pacifica 60. annorum, & triam Regum in Por-tugallensi Corona, approbata etiam suffragio Apostolicae Sedis, declaratione Cardinalis, & Regis Henrici, sententia Lusitaniae Gubernatorum, reiterato fidelitatis juramento Statuum illius Regni, etiam à tribus Bragantiae Ducibus.

7 Iudicium denique, sententia, & quasi Oraculum primae notae Scriptorum totius Europae omni literarum genere praedictorum, qui pro Regis Catholici successione, & justo ingressu iterere.

Ex Gallia, *Guillelmi Genebrardi in Chronographia lib. 4. ad annum 1480. & pag. 781. Renati Choppini lib. 3. de Doman. Gall. tit. 1. n. 6. in fin. Thuan. lib. 120. hist. Dionysii Petavii in Rationar. Temporum 2. p. lib. 10. ad annum 1580. Spondani tom. 2. post Baronium anno 1583. n. 4. in fin. & an-no 1598. n. 11. Petri Matthaei in Henrico IV. narrat. 4. Silhonii in Ministro Status 2. p. lib. 3. disc. 6. Ludovici Gothofredi in Archontologia Cosm. sub tit. de Potentia Hisp. §. de Genealogia Regum Hisp. in fin. & §. de Cathalogo Reg. Portug. in fine.*

Ex Anglia, *Guillelmi Camdeni 3. part. rer. Anglic. Alberici Gentilis lib. 2. de legation. cap. 10. & ex Scotia, Jacobi Gordoni in Chronol. ad annum 1580. Ioannis Barclai in Euphormione 4. par. Icon. animor. cap. 7.*

Ex Germania, *Thomae Lansii de Principatu inter Prov. Europ. in Orat. pro Hisp. pag. 177. & in Orat. contra Italiam pag. 557. Arnoldi Engelbrekti in disp. de Success. primog. in Electoratib. apud Nicol. Hampileum in nucleo de Statu Imp. n. 10. pag. 681. Henningi Arnisei de Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 12. n. 12. & 43. Christiani Matthaei in Theatro hist. de 4. Monarch., Besoldi tom. 3. dissert. de arte, & jure belli cap. 5. n. 5. & 15. & lib. 1. Nomico-polit. disp. de Regia Success. diff. 12. thes. 9. & 10. Mi-chaelis Isseltis in hist. ad annum 1580., Philippi Cluverii lib. 2. Geograph. cap. 5.*

Ex Italia, *Thomae Bozii contra Maschiavellum lib. 2. cap. 3. & 14. Horatii Tursellini Epit. hist. lib. 10. ad annum 1575. Honorii in Thes. Politic. pag. 513. Petr. Andreae Cannonherii politic. Aphorism. ad Hippocr. tom. 1. interpr. 1. pag. 249. Mart. de jurisd. 1. p. cap. 26. n. 102. & 110. & de success. legali 3. p. qu. 1. art. 2. Andreae Mauroccni lib. 1. 2. hist. Venet., Natalis Comitit lib. 3. 0., Io: Nicolai Do-gliani tom. 2. Theatr. Princip. part. 8. ad annum 1580. Thomae Costi lib. 3. pag. 109. Bartholomaei Dio-nyssii 5. part. Suppl. hist. Io: Tarcagnota lib. 7. ad annum 1580. pag. 327. & seq. Ludovici Aurelii in Supplem. Annal. Baron. ad annum 1580. Anastasi Germonii lib. 2. de legatis cap. 17. n. 4. Ioannis Bo-teri in vitis Illustr. Ducum, in Ferdinando Albano ad fin. Trajani Boccalini in lapide lydio tit. de Cen-sura Statuum, Augustini Mascardi in arte hist. tract. 3. cap. 1. Card. Bentivollii 3. part. bell. Flandr. lib. 4. ad fin. Comitit Alphonsi Luschi in comp. hist. pag. 66.*

Ex Lusitanis, *Hieronymi Ossorii in libro defensionis sui nominis, edito ab Ossorio nepote ad finem 1. tom. illius operum pag. 136. Bartholomaei Archiep. Braccharentis, ut memorat Ludov. Munof-sus in ejusdem vita, Duardi Nonnii in Henrico, & Philippo Regibus, & Censura in Texeiram 82. Vasconcelli de Lusitan. Reg. in Henrico, & Philippo, Faria Sousa in Epit. hist. Portug. 3. par. c. ult. & 4. p. cap. 1. Salgadi Aravii de lege Regia Portug. n. 111. & seq. Augustini Emm. Vasconcelli in opusc. de Success. Regni Portugall. Pereira decis. 2. Lusit. n. 1. & 12. & dec. 3. n. 19. Cabed. decis. 7. n. 2. par. 2. et Arrest. 5.*

Ex Belgis, *Iusti Lipsii in Exemplis Politic. lib. 2. cap. 3. n. 11. et lib. 1. cap. 5. monit. 1. n. 11. Auberti Mirai in Chron. Belg. ad annum 1580. Francisci Arei in Annal. Belgic. ad eundem ann. Francisci Zi-pai in biatu Cassani lib. 3. cap. 6.*

Ex

Ex utraque Sicilia, *Cæsaris Campanæ* 2. vol. *hisl. lib. 1.* & in *vita Philippi, Camilli Borrell. de præstantia Regis Catholici cap. 3. n. 11.* & *cap. 46. n. 210. cum seqq. Jordani Ufni de success. feud. 2. p. qu. 6. art. un. n. 8. Antonin. Amat. resol. 1. n. 37.* & *60. Mar. Giurbe de success. feud. 5. 2. n. 50. in fin. Cuntell. de immun. Eccl. lib. 2. qu. 18. ex n. 5.* & *qu. 20. n. 45. qu. 7. n. 9. P. Diane tom. 10. tract. 1. in additis resol. 10. Dom. R. Conf. Francisci de Andrea, nunc meritissimi Fisci patroni, in responsione edita, ad tract. Regina Christianissimæ jurium in Ducatum Brabantia, & alios ditomis Belgicæ Status pag. 27.*

Ex Hispania, *Ioannis Mariana lib. 24. de reb. Hisp. cap. 14. in fin. Antonii Escobar. in narrat. belli Portug. Alphonfi Sancii in Anacephal. de reb. Hisp. lib. 7. cap. 9. Ant. Herreæ in ead. hist. Ludov. Cabrer. in Philippo II. lib. 12. cap. 5.* & *lib. 13. cap. 1.* & *seqq. Ludov. Bavie in Pontificali 3. p. Gregor. XIII. cap. 5. 2. Salazar Mendoc. de orig. dignit. Cast. lib. 4. c. 4. s. 4. Christoph. Benavent. in monitis ad legatos c. 4. Molina de just. & jur. disp. 63. 2. & disp. 103. vers. Adverte, Azorii 2. p. instit. moral. lib. 11. cap. 2. qu. 12. Arriagæ tom. 1. par. 2. disp. 24. sect. 5. n. 44. Hurtadi Mendoc. de fide, spe, & char. vol. 2. disp. 169. sect. 7. s. 65. et seqq. Anonymi Auctoris inter Martem, et vindic. c. 7. s. 3. Avendann. in l. 40. Tauri glos. 2. n. 23. et glos. 3. n. 3. et glos. 9. n. 75. Castill. lib. 3. contr. cap. 19. n. 151. Valenz. conf. Rot. nu. 6. et 33. Robles de Salsed. de represent. in add. n. 43. et seq. Parlador. lib. 3. rer. quotid. cap. 21. n. 6. Fontan. decis. 584. n. 24. tom. 2. & post alios peritissimi I. C. Excellētis. D. Francisci Ramos del Manzano in d. libello ad Pontif. Alex. VII. circa Provisionem Episcopatum vacantium Portugallie pag. 17. n. 77. ubi à n. 78. et seqq. meritò, clarèq. probat injustitiam, infidelitatem, & violentiam acclamationis *Bragantia Ducis, Reatum Tyranni, Excommunicati, ac Perjurii.**

8 Ex protectio autem, pro Rege Catholico in d. successione, post suffragia *Academiæ, & post Guardiolum, Regium tunc Fiscalem, scripsere.*

Rodericus Vasquius de Arce, de cujus insigni allegatione mentio fit apud Salazarium Mendozam in hist. Card. Mendoz. lib. 2. cap. 33.

Antonius Covarruvias, & Ludovicus Molina, Regii tunc Consiliarii.

Reges noster D. Annibal Moles, cujus Responsum cum suis addit. edidit D. Thomas ejus filius, illiusque meminerunt post alios R. Tapia in add. ad alleg. Riberæ in eadem success., cit. D. Franciscus Ramos in d. libello n. 1. 8. et 11. Pasquatin. in Comment. ad Pragm. Regni Neap. fol. 20. n. 7. Carol. de Rôsa ad Consuet. Neap. fol. 63. n. 103. et fol. 65. n. 135.

Reg. Franciscus Alvarez de Ribera in allegatione edita, cum addition. Reg. Caroli Tapia.

Reg. Io. Antonius Lanarius tom. 1. conf. 1.

Alphonsus Ramirez de Prado, cujus elogium est apud Ludov. Cabreram in Philippo II. lib. 12. c. 9. in fin.

Ioannes Garzia Saavedra, suæ Consultationis memor. in tract. de expensis cap. 16. n. 29. et de Nobilitate glos. 1. s. 1. n. 10.

Didacus Salomius Paz in tract. de Successione Portugallie.

Ludovicus Castellus, Mediolanensis Status tunc Visitator.

Michael de Aguirre in Apologia de Success. Portug. pro Rege Cath. quæ etiam extat inserta initio 1. tom. consil. Besoldi.

Alexander Raudensis tom. 1. resp. 1. 2. et 3. ac etiam inter Consilia ultim. volunt. Ziletti conf. 141. et 142.

Lusitani I. C. exceptis aliquot Conimbricensibus.

Alphonsus Alburquerqueus Ulyssiponensis, apud Anonymum Antoniani Iuris propugnatorem pag. 16.

Ioannes Caramuel in Philippo Prudente; et in responso ad proclamationem sub tit. Manifesti Regni Portugallie.

Angelus Franciscanus in Dissertatione de Success. Portugallie) ex editione Frandroburgensi

Antonius Puertes Biota in Antimanifesto contra Portugalliam) anni 1643.

Ioannes Adamus Parra in Apologetica contra Brigantinum Tyrannum, edito CesarAugustæ anno 1642.

Josephus Pellicerius in opusc. de Success. Portugallie, publicato Iulibrigæ.

Nicolaus Fernandez de Castro in Portugallia convicta.

Accitanus Episc. Lainius in apparatu ad suum Iosephum.

Anonymus auctor libelli inscripti, Viragus Iuridicus. Et alii.

Hæc breviter pro annotationis coronide indicasse sit satis, ne post tot præclarissimos viros, ceteruncium addentes, in præsumptionis notam incideremus.

Nicolaus Cajetanus Ageta.

DE SUCCESSIONE BRITANNIAE.

ARGUMENTUM.

De lege Salica, quomodo usu recepta, & an procedat in feudis particularibus Regni Franciæ, & quomodo sit intelligenda unio status; Secundo an neptis debeat præferri materteræ, in successione Regni, & quomodo inter Collaterales admittatur subingressio.

SUMMARIUM.

- 1 Factum refertur.
- 2 In Gallia adest lex Salica, ex qua femina à successione Regni sunt exclusæ.
- 3 Franciscus Hottomanus quid senserit de lege Salica.
- 4 Antonii Mattarell. responsio ad Hottomanum.
- 5 Opinio Paril. damn. memor. de origine legis salicæ.
- 6 Similis est legi Salicæ successio Regni Israelitici.
- 7 Lex Salica in Regno Franciæ perpetua servata est consuetudine, & exempla referuntur.
- 8 Scriptores, qui de usu legis Salicæ scripserunt.
- 9 Doctores, qui de tali consuetudine testantur.
- 10 Ratio cur fuit introducta lex Salica.
- 11 Lex salica non servatur in successione Ducatus Britannia, Aquitania, & Normandia.
- 12 Verba legis Salicæ referuntur, & declarantur.
- 13 Insanis Regni Franciæ semper femina successerunt.
- 14 Quod in Ducatu Normandia successerint femina, exempla referuntur.
- 15 Exempla in Ducatu Aquitania.
- 16 Exempla in Ducatu Britannia.
- 17 Arbor ultimi Ducis Britannia, & ejus descendentium.
- 18 Feudum in Regno per successionem consolidatum non mutat legem, vel naturam suam successionis.
- 19 Requiritur actus facti, per quod appareat consolidatio.
- 20 De Ducatu Britannia non apparet solemnitas incorporatio.
- 21 Quæ accedunt Regno facti hominis, retinent primam naturam.
- 22 Exemplum de Regno Navarra.
- 23 Provincia, quæ accedit accessorie in Regno, regitur constitutionibus Regni, secus quædo principaliter.
- 24 Exemplum de Civitate Pisana cum Dominio Florentino.
- 25 Infanta Isabella præferri debet Regiæ Navarra materteræ, et si proximiori.
- 26 In successione feudorum attenditur primogenitura.
- 27 In Regno Franciæ generalis de hoc adest consuetudo.
- 28 Consuetudo in specie de Ducatu Britannia.
- 29 Primogenitura attenditur etiam in feminis in successione feudorum.
- 30 Femine præferuntur masculis remotioribus in gradu.
- 31 Natura successionis primogenitorum quæ sit.
- 32 In omni successione filius representat patrem in sexu, & in gradu.
- 33 Subingressio procedit etiam in feudis, & maxime in Francia.
- 34 Subingressio non datur inter Collaterales.
- 35 Subingressio inter Collaterales admittitur, cum nepos concurrat cum patruo.
- 36 In successione Regni Portugallia, cur non dabatur subingressio.
- 37 Uti sit admissio ad partem, ita fieri debet ad totum.
- 38 In Ducatu Britannia nepos fuit prælatas patruo in successione alterius patruo, & exemplum.
- 39 Verba Pauli Æmilii Veronensis.
- 40 Iustitia Infanta clara remanet ex multis adductis, & maxime ex antecedenti decisione.



Ortu Henrico III. Francorum Rege † & adhuc Gallia sine Rege existente, illic Magnatibus electionem novi Regis ad eos spectare certantibus (Henrico Borbonio Pontificiis sententiis expulso) hinc Henrico eodem scepra prætendente, non modo Gallici Regni, sed etiam Britannicæ Provinciæ, ut illi annexæ, nostrum erit Ducatum istum unâ cum Aquitanico & Normandico, cæterisque consimilibus, Serenissimæ Isabellæ

Au-

Austriacæ Philippi Regis nostri filiz primogenitæ, ex tunc sequuta Auunculi morte spectavisse, demonstrare, ita ut illos non solum armis decorata Infanta eadem Serenissima, sed etiam legibus armata sibi valeat vindicare.

Et primo non inficiabimur in Regno Franciæ extare legem, qua cautum fuit fœminas ad Regni successiōnem non admitti ꝛ quam Doctores *Salicam* appellant à Faramundo Primo Gallorum Rege latam anno Dom. 422, a subsequētibz principibus emologatam, & à Carolo Magno Imperatore multis capitulis auctam, a quæ capita pro legibus observari sancitum fuit, ut legitur in *lib. Longobardorum 3. tit. 29. sub rub. de capitul. leg. sali.* & meminit de ea lege, etiam *tex. in c. 1. de fil. nat. ex matr. ad Morgan. contr. in usib. feud. glos. in can. in legibus 2. qu. 2.* & omnes Gallici Doctores, & Historici, qui de rebus Gallorum scripserunt, præsertim *Guaguin. lib. 1. c. 3.* & *Paul. Emil. de reb. gest. Franc. in Rege Philippo longo*, legem istam nimis notam nobis reliquerunt.

Et quamvis *Franc. Hottom. Doct. Gallus*, qui scripsit anno 1573. in *Francog. c. 10. & in lib. 2. de jur. reg. Franc. l. 2.* ꝛ inveteratum dicat istum errorem esse, & potius commentum absurdum & fabulosum esse testetur, ac tantum abesse, ut ad Regias dignitates pertineat, ut ne ad feudales quidem successiones referri possit, quia caput istud de lege salica loquens *tit. 62. de allod.* relatatum est, & verè non ad francos, sed ad salios populos pertineat, dicatque Francorum duas sedes, duoque Regna fuisse, unum in Gallia, quod ad hunc usque diem permanerit, alterum ultra Regnum ad flumen salam, unde *Salii & Salici*; Franci conjunctè appellari consueverunt; Tamen ut optimè in ꝛ *Hottomanum* invehit *Ant. Mattar. cap. 8. fol. 48.* constat hanc Salicam legem fuisse sive scriptam, sive nō scriptam, quam tamen usus frequentissimus receptissimus, & omnium antiquissimus approbavit, non enim leges ob hoc sunt quod scriptæ, sed quia receptæ, sic Romæ legibus extantibus quemadmodum & Lacedæmoniiis nullum erat jus scriptum, donec ejus Regibus republica constituta leges à duobus populis mendicatæ in tabulas redactæ fuerunt, ut testantur *Liv. & Tacit. lib. 3. ann.* non tamen minus dicemus Romanos sine legibus vixisse, quod scriptas non haberent.

Imo ꝛ damnatæ memoriæ *author Parisiens.* in *tract. de orig. progres. & excell. Regni, & Monarch. Franc. num. 77.* legem hanc antiquissimam testatur, & à Faramundo minimè sancitam, & multo minus inventam, sed solum agnitam, & confirmatam, ex quo erat jam dicta lex inde ab initio & origine primorum Regum gentis Franciæ constituta, b & ad exemplum ꝛ Regni Israelitici Iudæorum à Deo in personam Davidis instituti, quod inquit David concessum, & descendenti-bus suis masculis, quibus cessantibus tempore impiæ Athaliæ devolutum fuit Regnum ad posteritatem masculinā, Natan fratris Salomonis, in persona Ioas industria loade fidelis sacerdotis, ut *Philon & cæteri Hebræi declarant c. 11. reg. 2. & cap. 22. Paul. 2. & Ioannes de Terra rubea in c. 1. contra rebelles art. 1. conclus. 8. fol. 11.* ex sola vi consuetudinis obtentum inquit quod successio simplex deferatur primogenitis maribus ex linea recta eorum, quibus succedatur.

Et verè dubitare non possumus hanc legem ꝛ perpetua consuetudine ita fuisse validatam, cunctisque in casibus, qui variis evenerunt temporibus, observatam, nam refert *Agathias author Græcus histor. lib. 2.* Clotarium in Regno Franciæ Prælatum duabus Childeberti fratris filiabus, & tres puellas ipsius Clotarii ex filio nepotes fuisse postpositas patruo Sigeberto Franciæ Orientalis Regi.

Quod etiam observatum fuit in Clotilde Guntrani Regis Aureliæ filia, cujus hæreditatem non adivit ipsa Clotildis, sed Childebertus Galliarum Rex ex Sigeberto patre Nepos.

Et in anno 1315. mortuo Ludovico Hutino Franchorum, & Navarrorum Rege, & Ioanne ejus filio posthumo paucis inde elapsis diebus post ortum interfuncto, fuit Ioanna ejus filia ad Regnum Navarra admittæ, à Regno verò Franciæ exclusa, vocato Philippo Longo, quo inde sine filiis masculis decedente, sed relicis tribus filiabus, fuit ad Regni gubernacula vocatus, & admissis Carolus pulcher Hutini, & Longi fratres, illis omnibus exclusis. d

Et in anno 1328. mortuo eodemmet Carolo pulchro fuit à successione Regni Franciæ exclusus Odoardus III. Anglorum Rex prædicti Caroli pulchri ex sorore nepos, quod matre exclusa etiam filius masculus ex ea derivatus excluderetur, ut in proprio casu dicit *Corsetus de potest. reg. par. 4. qu. 65.* & vocatus ad successiōnem illam Pilippus Comes de Valois Caroli Primi patruelis, cum & illi, & ipsi idem avus fuerit Philippus IV. Rex, quo tempore illud, quod Christus protulit *Luc. c. 12. ver. 22.* adductum fuisse referunt scriptores Galli, *considerate lilia, quomodo crescunt, non laborant, neque nent*, quibus verbis concludebant lilia Gallorum non deberi nisi nobilibus, qui non laborant, non nisi maribus, qui non nent, quibus Rex Odoardus rematurè discussa, & examinata, acquievit ut refert *author Paris. damn. mem. ubi supra num. 80.* Et quamvis postea idem Odoardus sinistro consilio ductus (Deo ita in punitionem populi Franci nimis luxu defluentis permittente) Regnum Franciæ, ut Rex invasit, isque & successores sui circiter centum annis cruentis bellis, & magnis cladibus illud vexarunt, tamen oleum & impugnam

fam (ut ajunt) amiserunt, persistentibus semper Gallis virtute dictæ vetustissimæ legis Salicæ & ea de causa Britanni Reges, Franciæ etiam Reges se appellant, Gallicanique Regni usurpant insignia usque in præsentem diem. e

Et in anno 1498. extincto Rege Carolo Octavo tres ejus sorores Regis Ludovici XI. filix inhabiles sunt ad successionem Regni reputatæ, obidque admissus Ludovicus XII. consanguineus, nam & utrique Ludovico Carolus V. Gallix Rex idem proavus fuerat.

Et in anno 1515. mortuo prædicto Ludovico XII. relicta Claudia filia, fuit & ipsa exclusa, & vocatus Franciscus I. consanguineus filius Caroli Comitis Angolismensis patruelis Ludovici XII. antedicti.

8 Quæ omnia clara, & notoria sunt relata per omnes ꝑ rerum Gallicarum scriptores, ut per Paul. Æmil. Veron. de reb. gest. Reg. Franc. lib. 6. in vita Philippi Longi, & in vita Caroli Pulchri, & in vita Caroli VIII. & Ludovici XII. & per Ioannem Tilium in Cron. de Reg. Franc. in vita eorumdem Regum Philippi Longi, & Caroli Pulchri, *Guagnin. in sua hist. Gall. lib. 7. cap. final.*

9 Et Doctores nostri maximè idem ꝑ tradiderunt *Petr. Iacob. in tit. de caus. ex quibus vas. feud. prin. Gugl. Bened. in cap. Raynutius ver. duas filias nume. 108. 120. et 121. Cassan. in consuet. Burg. rub. 3. §. cofes feudales num. 38. et seq. Carol. Grassal. de Regal. Franc. jur. 17. ubi alios allegat in princ. & in ver. secundo obtentum, post Bal. qui pluries meminit de hac Franciæ consuetudine in c. 1. de feud. March. & in l. j. ff. de Senator. ubi tunc vivens, & legens Pataviæ dixit, quòd Odoardus Rex Angliæ fuit legitimè exclusus, ex prædicta laudabili consuetudine, & si malè accidit postea Regibus Gallorum, id alia ex causa fuisse in mente divina.*

10 Et hanc legem ꝑ semper magnificarunt Galli scriptores jure optimo sancitam esse dicentes, ne à lancea in sulum transfret hæreditas, & ut in sanguine Regali perpetuo Regnum conserve- tur, ut dixit *Bal. in d. c. 1. ubi Alvar. et Præpos. Ias. & alii in l. certum C. unde legit. Iacob. Bonaud. de Sauset. in Pancgyr. de insig. Regni Franc. vers. ex sese pariformiter assequitur Ioan. Feral. in tract. de jur. et privil. Regn. Franc. num. 44. & latè Pyrr. Angleber. in tract. de lege Salica, ubi multis ar- gumentis illam optimè defendit. f*

11 Sed hæc omnia vera esse affirmamus quo ad successionem ꝑ totius Regni Franciæ, quò verò ad Britannix, Normandiæ, & Aquitaniæ Ducatus, atque aliorum feudorum in Regno sisten- tium, prædictam legem, vel consuetudinem procedere negamus.

12 Et primo quidem lex Salica ꝑ de Regno, & bonis fiscalibus, & quæ sub dominio Regis sunt, loquitur: ejus verba sunt. *De Terra Salica nulla portio ad mulieres perveniat*, ita ea refert *Iacob. de Ardix in sum. in rub. de succes. feud. vers. et quod dico in feudo, Iacob. Bonaud. de Sauset. in ad- dit. ad Ioan. de Terra rub. ubi sup. Gugliel. Bened. in repe. d. cap. Raynutius vers. duas habens filias num. 73. Carol. de Grass. de reg. Regn. Franc. jur. 17. vers. primo lege, et Paul. Æmil. Veron. in vita Phi- tippi Longi, quæ verba de terra Regia, & propriè fiscali & Regio Patrimonio interpretantur, quia Primi Reges Franciæ Salici dicti sunt & proprium ipsorum patrimonium dictum fuit, & ita etiam lex Salica, ut ex *Ammiano Marcellino*, & aliis pluribus tradiderunt doctissimi viri *Pa- ris. in tit. 1. de feud. §. 26. Alciat. lib. 2. dispunc. c. 22. Covar. latè præct. quæst. c. 1. num. 8. et Iacob. Cujat. ab eo non allegatus in j. rubr. feud. §. et quia vidimus, quod etiam sentite videtur Gugl. Bened. in d. vers. duas habens num. 73. & Alvar. in c. unic. de fil. nat. ex matr. ad Morgan. Univ. Terram Sali- cam dici asserens ratione loci, ut ex hoc cessent tot insonnia Doctorum, qui de interpretatione hujus verbi, *Salicæ*, allucinationes multas effuderunt.**

13 Et sicut lex Salica non fuit edita ꝑ super feudis Regni Franciæ, sed super Regno ipso, & ip- sius Regni successione tantum, ita nec etiam consuetudo, quæ ex ea emanavit, unquam locum habuit, nisi in Regno ipso, ipsiusque successione, sicque perpetua, & notoria consuetudo nobis patefecit in aliis feudis fœminas successisse, & in Regno prædicto omnia feuda esse hæ redita- ria, & ad instar bonorum patrimonialium, & ita dicit *Ioannes Faber antiquus Doctor Gallus*, qui vixit tempore Regis Philippi Pulchri, *in auth. ingress. C. de sacrosan. eccles. et inst. de leg. tit. patr. tutel. in fi. & in pluribus aliis locis glos. 2. in consuetud. Bitur. §. 6. tit. de feud. & sequuntur omnes Doctores Galli, Guid. Pap. decis. 59. et 297. et conf. 18. et 114. num. 7. et consil. 176. Gugl. Bened. in d. cap. Raynutius in d. ver. duas filias habens nu. 67. et 73. Cassan. in consuet. Burg. rub. 3. §. 5. Cofes feu- dales in princ. et per totum, et prope num. 30. vers. et ideo accipio fallentiam, Carol. de Grassal. de Reg. Franc. jur. 17. Tiraquel. de primog. quæst. 10. num. 10. et Paris. de feud. tit. 1. num. 104. qui omnes alios refert hanc testantes consuetudinem, adeo quòd *Guid. P. ap. d. conf. 18. et 176.* hanc consue- tudinem generalem in Francia tanquam notoriam non esse probandam dixerit, eamque ob id asseveraverit *Andr. de Isern. sacis esse laudandam in c. 1. §. hoc autem de his qui feud. dar. poss. quia ex ea reditur ad jus commune per l. maximum vitium C. de lib. præter. & eam validam esse funda- vit Gugl. Bened. ver. in eodem testamento lo 1. num. 268. & magis rationabilem subjunxit Ioan. Fabr. ubi supra.**

14 De Ducatu etenim ꝑ Normandiæ, legitur in *Cronicis Francia*, cum quibus concordat *Vin- cent.*

cont. in Spec. lib. 24. quod Ludovicus simplex donavit filia suæ Ducatum Normandiæ ex causa matrimonii cum Rodulpho I. Duce Christiano contracti, cujus successores per multos annos tenuerunt Regnum Angliæ usque ad tempus Philippi conquerentis, mortuis Honorio Duce & Rege Angliæ, successit ei filia Mahaud uxor Henrici IV. Imperatoris, & postea Goffredi Comitis Andegavensis, ut refert *Frontinus Historicus*.

15 De Ducatu Aquitaniæ † legitur in *eisdem Chronicis*, & concordat *Vincent. in Specul. lib. 28. c. fin.* quod Guglielmus Comes Pictavenfis tenebat ex ejus uxore Ducatum Aquitaniæ, ex qua habuit filiam nomine Elionoram quæ nupsit Ludovico VII. filio Ludovici Grosi Regis Francorum, & post sequuto divortio Henrico filio Regis Angliæ, qui fuit Rex Angliæ & Dux Normandiæ; & per ejus uxorem Dux Aquitaniæ, & prætendebat Comitatum Pictavensem occasione juris, & repudii sive divortii prædicti, unde initium belli inter Francos & Anglos processit.

16 Et de Ducatu Britannia in specie agendo † quod in eo pluries fœminæ fuerint admittæ exclusis masculis in citeriori gradu existentibus, clarè apparet & notorium redditur ex historiis, nam in anno 1341. mortuo Ioanne Duce Britannia, & superstite Ioanne ejus fratre, & Ioanna ejus nepte ex altero majori fratre, fuit ad successiõnem admittæ Ioanna neptis & exclusus Ioannes frater, de quo meminit *Cassan. in d. rubr. 3. §. 5. num. 46. et in anno 14. .* mortuo Francisco Ultimo Britannorum Duce, unica tantum filia Anna relicta, ipsa nuptui tradita fuit Regi Carolo VIII. (ita enim Ducatus prædictus intravit in coronam Francia) quo Carolo mortuo sine filiis Ludovicus XII. Regni successor eandem Annam uxorem duxit, nè Ducatus Britannia prædictus à corona iterum disjungeretur, ut testatur idem *Cassan. num. 47. & confirmat Carol. de Grass. de Regal. Fran. jur. 17. vers. 3. de Ducatu Britannia*, & narrant præter eos Historici præfati *Paul. Emil. Veron. et Ioan. Til. in vita Ludovici Primi, nec non Arnold. Fern. de reb. gest. Franc. lib. 3. in vita Ludovici XII. fol. 26. ibi: Angebat alia cura Regem, nam Anna Carolo prius nupta Britannorum Principatum secum auferebat, visa res est gravissima, et quietem Gallicam convulsura, & Munster. in Cosmog.*

17 Ex prædicta Anna † Ducissa Francisci Ultimi Britannorum Regis filia orta est Claudia b h à qua & Francisco Primo Gallorum Rege natus Henricus II. & ab ipso Henrico II. orti sunt Reges Franciscus II. Carolus VIII. & Henricus III. ultimo mortuus, nati sunt etiam Isabella, Margarita, & Claudia sorores, & ex Isabella primogenita orta est Serenissima Infanta Isabella, de qua agimus, quæ uti neptis ex sorore ad successiõnem prædictorum feudorum uti proximior admitti debet excluso Henrico Borbonio, qui ad successiõnem Galliçi Regni consanguinitatis jure vocatur, ex hac enim descendentiã apparet, Serenissimam Infantam nostram Isabellam ex Isabella primogenita natam proximiorẽ esse, & proinde in Ducatu prædicto Britannia, & Normandiæ, similiter & Aquitaniæ, in quibus fœminæ semper successerunt, admittendam esse, ut refert *Cassan. & apparet ex descendentiã relata per eum in d. rubr. 3. §. 5. Coses feudales num. 42. et 44.*

Nec obstabit prædictis, quod hi Ducatus Normandiæ, Aquitaniæ, & Britannia, ex successiõne prædicta mulierum in manus Regis pervenerint, & cum corona Regia consolidati fuerint, † quia non ex hoc mutata est lex successiõnis ipsorum, ita notabiliter *Ioan. Fabr. et Angel. Aret. in § sicuti inst. de legat.* non enim ex eo quod Rex Ducatus prædictos possedit cum Regno, ideo dicentur uniti cum ipso Regno per *tex. in l. prædiis §. Titio. ff. de leg. 2. et arg. tex. in l. Gajus. §. 1. ff. de leg. 1. et l. seje. §. Tiranne. ff. de fund. instr.* ex quibus juribus fundatur, quod requiritur † actus facti, per quem appareat, quod sit facta incorporatio & unio, quod & expressè dixit *Cuman. in l. servi electione §. 1. ff. de leg. 1. et sequitur Alex. conf. 169. col. 3. vol. 5. Soc. in l. 1. col. 2. vers. primus et col. 3. ver. quartus, et ultimus casus. ff. de reb. dub. et melius Paris. in §. 1. glos. 5. num. 15. et 20.*

20 Et de hoc Ducatu † solemnisi unio non apparet celebrata, nec incorporatio, *Paris. expressè §. 20. num. 5. et 6. & Cassan. in consuet. Burg. rub. 3. §. 5. num. 67.* qui recenset status unitos cum corona, inter quos non enumerantur Britannicus, nec Blesensis.

21 Et ea, quæ accedunt † Regno non factio naturæ, sed factio hominis, ut donatione, & successiõne, etiam quod sint unita cum Regno, retinent tamen primam eorum naturam & conditionem, & si separatam à jure & conditione Regni, ut probat *tex. allegatus per Fabr. in l. meuius §. fundo. ff. de leg. 2. & probat tex. in c. 1. §. è contrario*, & ita ibi firmat *Bal. de invest. de re alien. fac. in usib. feud.* ubi etiam *Alvar. probat tex. in l. qui fundum. §. 1. ff. pro empt. & confirmant Ruyn. conf. 14. lib. 1. Iul. Clar. senten. §. feudum quæst. 8. et Tiraquell. de retract. Lignag. §. 32. glos. 1. num. 77. k*

22 Et sic Navarra Regnum † quod similiter, ut Ducatus Britannia ex dotalitio intravit in Regnum Francia, & triginta annis à Gallis Regibus ab anno 1285. usque ad ann. 1315. possessum fuerat, iterum segregatum fuit successiõne Ioannæ Henrici filia, & propterea iterum Maria

Stu-

Stuarda Regina Scotiae matrimonio copulata cum Francisco Henrici II. Galliarum Regis filio primogenito, conventum fuit, & expressum ad altercationes dirimendas in futurum in matrimonialibus tabulis, ut masculis decedentibus, à Scotio Regno foeminae excludendae non forent
anno 1558. l

23 Voluit item *Bar. in l. si convenerit la 2. §. si nuda ff. de pign. act.* quòd si Regnum augetur ꝛ illa Provincia adaucta de bet regi constitutionibus Regni, quando talis Provincia adicitur Regno vel Castro accessorie, quod unum Regnum sit cum primo, vel Comitatus, secus quando non accedit accessorie, & exemplum ponit in hoc eodem Regno Franciae, cui adiectus est Comitatus Tolosae ita quod Rex sit Rex & Comes, sed tamen Comitatus non sit de Regno, *m allegat tex. in l. si quando datiani C. de appell. & hanc Bart. distinctionem sequutus est Castr. & Ioan. de platea in l. neminem in fine C. de decur. lib. 10. & est vera conclusio, ut inquit Affl. de capitul. Corrad. §. & iterum si clericus num. 24. in usib. feud. & originaliter dixit Cyn. in l. etiam C. de jur. n. dot. n*

24 Et sic idem dispositum reperimus, dum olim Civitas ꝛ Pisana se univit Dominio Florentino, nam iisdem constitutionibus, quibus primo utebatur & regebatur, nunc gubernatur & voluit *Roman. conf. 218. in fi. num. 2.* ut proinde non immerito dixerit *Abb. in cap. 1. de sed. vac. nu. 6.* quod quando unio fit per viam subiectionis, hoc est quod una Ecclesia subiciatur alteri, eo casu Ecclesia debet regi legibus quibus prius regebatur, ex *cap. quia monasterium de relig. domi.* unio enim non tollit privilegia, sed conservat, *Lap. alleg. 68. incip. quavis ver. 2.*

25 Quibus verissimis conclusionibus sic firmatis, Remanet fundare Serenissimam Isabellam ꝛ solam debere admitti, & in hac successione praeferrri, non obstante quod Regina Navariae sit soror ultimi Regis mortui, & quòd tamquam in gradu proximior ad successionem videatur vocata per dispositionem *tex. in c. 1. de natur. succes. feud.* ubi *Andr.*

26 Et primo in successione feudorum, & maxime dignitatum ꝛ primogenitura attenditur, tum ex dispositione juris communis, & consuetudinis feudorum *cap. 1. de voto. §. praeterea Ducatus de prohib. feud. alicn. per Feder.* ubi *Andr.* tum & maxime in Regno Franciae, ubi generalis &

27 perpetua adest consuetudo ꝛ quod primogeniti tantum succedant, testantur de ea consuetudine, & eam validissimam & optimam esse asserunt *Gugliel. Bened. in cap. Raynutius ver. eodem testamento lo. 1. num. 58. vers. ex quibus resultat & num. seq. propè nu. 175. Pau. de Castr. consil. 164. in causa Don Perafani de Ribera, Tivaquel. in tract. de primog. in pr. fut. num. 4. & quest. 10. nu. 12. & 19. Ioan. Cirier. lib. 2. de primog. quest. 13. Petr. Jacob. in tit. de succes. Regn. Franc. col. 3. post multos alios relatos per Covar. pract. quest. c. 1. num. 7. vers. septima conclusio ver. apud Gallos &*

28 *lib. 3. variar. c. 5. num. 5. vers. rursus septimo, & Bald. in specie ꝛ testatur hanc consuetudinem vigere in Ducatu Britanniae de quo agimus in §. omne autem quo utimur inst. de jur. nat.*

29 Haec primogenitura procedit absque dubio ꝛ etiam in foeminis, dum ad successionem feudorum admittuntur, ut in casu nostro firmat *Bal. in l. multis ff. de stat. hom. per cap. significavit,* ubi omnes Doctores. *de rescript. Covar. d. lib. 3. var. c. 5. num. 5. vers. septimo ad idem probandum,* ipsae

30 enim foeminae ꝛ semper praeferruntur masculis in remotiori gradu existentibus, ut late firmavit:

31 post omnes *Molin. de primog. lib. 3. c. 4. & 5.* Natura autem successionis primogenitorum ea est ꝛ quod omnes de una linea praeferrri debeat aliis in ea linea existentibus, etiam si illi priores & proximiores sint in gradu ultimo morienti, ut alias diximus.

32 Cum ergo uni omni successione filius ꝛ repraesentet patrem in sexu, & in gradu, sequitur quod Serenissima Domina Infanta quia repraesentat personam Serenissimae Isabellae matris,

33 quae primogenita erat, omnino erit praeferrenda, nam & haec ꝛ subingressio, sive repraesentatio procedit etiam in feudis, per *tex. in c. 1. de grad. succ. in feud. in c. 1. de succes. feud.* ubi *Andr. & Doctores.* & maxime procedit, & locum habet in Regno Franciae ut late tradit *Gugliel. Bened. in cap. Raynutius, vers. duas habens filias nu. 71. propè nu. 72.*

34 Et si dubitetur, quòd haec subingressio inter Collaterales minimè admittatur ꝛ unde est quod quando fuit actum de successione Regni Portugalliae inter Serenissimum Regem nostrum, & Illustrem Catherinam Ducissam Bregantiae fundatum fuit à nobis, subingressio non dari, sed in capita omnes admitti.

Haec dicimus non ob stare, quia praedicta jura & decisiones, quae ibi retulimus, non procedunt ꝛ quando agitur de successione patrum concurrente nepote cum altero patruo fratre defuncti, de cuius successione tractatur, ut est in casu nostro in quo ad successionem Henrici Tertii concurrunt Serenissima Infanta neptis Regis ex sorore una cum matertera eademque sorore ejusdem Regis, quo casu adest clara juris dispositio, quae datur nepti subingressio, ut ibidem late fundavimus ex *§. si igitur in Auth. de hered. ab intest. venien.* cuius dispositio procedit etiam in feudis *cap. 1. de grad. succes. in feud.* Casus ergo successionis Regni Portugalliae ab hoc longe distabat, quia ibi concurrebant ꝛ duo fratres patruales, sive consobrini ad successionem patrum, quo casu nulla datur subingressio juxta veterem *Azonis* opinionem, quod non est in casu.

casu nostro, in quo si Serenissima Infanta non repræsentaret, non succederet, sed à matertera excluderetur, ut à proximiori in gradu, unde eam meritò iuvat privilegium illud singulari ex benignitate inductum à Iustiniano Imperatore, quod gradum sui ascendens repræsentet ità quod in stirpes admittatur, cum tamen illo casu, quia patruelæ inter se concurrebant, non fuerit necessaria subingressio ad succedendum patruo defuncto, quia nullus ab alio excluderetur, sed omnes erant in æquali gradu.

Hinc ergo est, quod si Serenissima Infanta subingreditur personam matris, oportet quod omniò præferatur, itante primogenitura, quia sicut admittitur ꝑ ad partem nepos unà cum patruo ad successionem alterius patrui, ità omniò debet admitti ad totum itante primogenitura, ità in specie consuluit per multa fundamenta *Socc.conf. 252. in lib. 2. & posito inter lecturas post tit. quis, et à quo appell. Aret.conf. 174. latè Tiraquell. de primog. qu. 41.* firmavit etiam hanc opinionem *Covar. pract. quæst. c. 38. nu. 18. vers. tertio ad intellectum*; & in specie quod in Ducatu Britannia fuerit admittita ꝑ filia fratris ad successionem patrui, & fuerit exclusus alter patruus frater Ducis præmortui, apparet id accidisse in anno 1341. ut supra relatum est in morte Ioannis Ducis Britannia, quod latè describit *Paul. Emil. Veron. in vita Regis Philippi lib. 9. juxta principium, cuius verba sunt*:

39 *Ioannes Dux Britannia, Petri Ducis ex Ioanne Rufo filio nepos Lugduni oppressus ruina muri, filium Arturum reliquit. Is Dux duobus deinceps matrimoniis tiberos tulit: Ex Beatrice Vicecomite Lemovicum eadem Domina Avenarum in Annonibus procreavit Ioannem Tertium, ac Vidonem. Ex Iolanti de Comite à Monteforti progenit item Ioannem, cui nupsit soror Ludovici Comitis Flandri. Ex Vidone nata est Ioanna et cognomine et offenso corpore Claua. Ioannes Tertius Dux nullos genuit liberos superstites fratri Vidoni antequàm Tornacum proficisceretur. Claudam fratris filiam nuptui dedit Carolo Comitis Blesensis minori filio ex Margarita Philippi Franci Regis sorore suscepto. Mortuo Ioanne Tertio ejus frater item Ioannes jure materno Comes à Monteforti, prædicans se legibus vocari ad Britanniam obtinendam, Nannetes occupavit: fratrumquè Aurum, quod in Lemovicum arce asservabatur, illuc profectus sibi depromi iussit. Et in Brectum, quod Oppidum, arcemquè, Præsidium Caroli Blesensis infederat, regressus ad deditionem compulsi; Rhedones etiam in potestatem redegit: Et Veneti se adveniēti dedidere, Postulabat à Rege Franco, ut se in fidem reciperet; Britannia Ducatum esse beneficium Francorum Regum. Adversarium habebat Carolum Blesensem, Is uxoris Clauæ causam agebat; illam esse Vidonis filiam: Qui pater si viveret, sine controversia successurus fuisset Ioanni Tertio defuncto, quod ab eo frater Secundus natu foret: Ioannes vero qui nunc fratrum reliquus esset, Tertius numeraretur, ac æquum esse eodem loco filiam haberi, Quo pater si viverat, haberetur: Hoc in multis aliis publicis, privatisque causis constitutum, observatumque, ille contra tendebat: testabatur recentem etiam nūm memoriam, & id, quod sequuti fuissent Patres Parisienses, Franciæque compares in Comitatu Attrebatensi adjudicando Mathildi Amitæ excluso Roberto fratris filio. Quod si mulieres in hereditatibus paternis præferuntur fratrum jam mortuorum filiis, multò æquius esse, se virum, se patrui præferri semina Clauæ fratris jam mortui filia, Quando in Roberto Attrebatæ hujus causæ præjudicium factum sit, filios, filiasve patrem in Ducatus, Comitatusque non referre, non eodem loco, non eodem jure censendos se Ioanni Duci Tertio fratrem uno gradu propiorē esse, quàm Claua fratris filia sit. Hæc pluribus verbis, summaque contentione in Senatu, sedentibus comparibus præside Rege, acta secundum Blesensem sententia lata: statutumque aliam aliorum Ducatum Comitatumque causam: nec Attrebatæ eodem jure agere, quo Britannos, in causa Attrebatensi palam factum, edoctosque Iudices eodem mulieres jure quo viros esse ad Comitatum Attrebatense obtinendum: nec patrum repræsentandorum consuetudinem in Attrebatibus receptam.*

40 Ex his ergo apparet fundatum ꝑ, consuetudinem Regni Francia vocare fœminas ad successionem feudorum, ipsasque jure primogenitura succedere, quòdque subingrediantur personam patrui, & quod ex eo patrui præferantur, & ità etiam in iudicio contradictorio fuisse decisum; Quò casu magis valida, indubitata, & clara redditur Iustitia Serenissimæ Infanta per *Glos. in cap. Abbate. de verbor. significat. in ver. contradictoria, & l. cum de consuetudine. ff. de legib.* ut tanquam primogenita, & personam matris primogenita repræsentans in successione horum feudorum Britannia, & Aquitania, & Normandia admitti, & præferri debeat.

Et ità juris esse censeo Annibal Moles invictissimi Regis nostri in Regno Neapolitano à latere Consiliarius, & Regiam Cancellariam Regens, anno 1589.

- a Et sic lex ista lata fuit, antequam Iustinianus exornaret jus civile, quod factum fuit in anno 527. ut refert Decian. in Apolog. c. 8. & usus fuit Faramundus opera trium virorum peritissimorum Morgati, Egibi, & Abrogati, & ejusdem Morgati contemplatione fuit denominata lex Morganantica, ut indicat Oberius de Orto in c. unic. de fil. nat. ex matr. ad Morg. contr. in usib. feud. & latius prosequitur Forcatul. de Gallor. Imper. lib. 5. licet alii dicant à Faramundo electos fuisse Compilatores legum Salicarum, Usucaustum, Locaustum, & Bisogaustum, viros Sicambros spectatos, primates, et priores non baptizatos Ioan. Ign. in repet. l. necessarios §. non alius num. 917. ff. ad Syll. et in disp. an Rex Franciæ recognoscat superiorem nu. 24. et 96. et Sebast. Munster. in Cosmogr. lib. 2. c. 21. qui erant Doctores, ut ex Ioanne Naucler. notat Spiegel. in lexico in ver. Salicam. Legem fol. 523. ubi etiam subdit ex Ioanne Tritemio, quod habuerunt à Rege unà cum proceribus omnimodam potestatem condendi leges, quodvè composuerunt Constitutionum legalium volumen à principale Authore Salagast. nomen legis Salicæ accipiens.
- b Et Berengarius in repet. c. unic. de fil. nat. ex matr. ad morg. contr. nu. 7. tenuit ex sola consuetudine talem legem inductam fuisse, non autem ab ullo Rege latam, non obstantibus, quæ de hac lege constanter scribunt Benedic. et Cassan. quos ipse allegat, quæ opinio multis suadetur, nam usque Monac. Aymon. et Greg. Turon. antiqui rerum Gallicarum scriptores ullam de hac lege faciunt mentionem, ut verisimile non videatur fuisse unquam consecratam, vel promulgatam, ut inquit Duaglian. Historicus Gallus, quem referi: et sequitur incertus Author in tract. quod Regnum Franciæ sit electivum.
- c Sed contra videatur Ioan. Lessæ. in libello de Illustr. fam. in Repub. administr. et ferend. leg. autd. impresso post libell. de just. tit. Reg. Angl. fol. 9. et 10. à ter. ibi: discretis verbis tecum Athalia Imperio suo iuste privatam fuisse fatemur: sed prodeant in lucem, obsecro, authorum nomina, qui idem quoque sentiant, equidem nullum authorem etiam summa adhibita diligentia inuenio, qui vel huic sententiæ subscribat etc. et infra. Atque ita sic facere vos delusit Athalia, inficiamur ergo Athalia inter Israelitas alienigenam extitisse: qua propter ea hæreditate alicui Israelitarum debita jure privari non possit. Neque vero à Regno gubernaculis remota fuit (uti sani Consilii inops iste autumat) eo quod esset alienigena: sed potius quod post crudelem, immanemque nepotum suorum, à Rege Ochesia filio suo nuper à Iehu è medio sublato procreatorum cædem, fidenti audaciâ Sceptrum Regium, quod ad nepotem suum Ioas pertinebat, sibi usurpaverat: qui quidem singulari Dei providentia, & illius insidias vitavit, & elapso decem annorum curriculo, Iojadæ summi sacerdotis ope, Regiam tandem dignitatem adeptus est, etc. Sed advertendum est quod etiam diu ante Reges Israeliticos temporibus iudicû quâdo populus Israeliticus voluit Gedconem facere Regem propter excellentiam ejus factam, et merita in Republicam Israelis; Regnum obtulerunt, et coronam sub pari lege, et conditione qualis est illa lex Salica, videlicet pro se, et ejus filio post eum, et pro filio filii, hoc est in nepotes masculos legitime descendentes, de masculino in masculum tantum. Item in Aprica apud Vandalos multo antequam apud Franchos lex illa viguit, nam Procop. lib. 3. de bello Vandal. narrat Gizericum Regem testamento caruisse ut soli qui proximi essent virilis sexus, et inter eos soli majores natu, sibi et posteris Regibus Vandalis succederent, quod quidem jus Petr. Ærod. rer. ab omn. antiq. jud. lib. 3. tit. 14. de suis et legit. c. 2. in fine veretur ne à Gothis, et Vandalis ad Franchos sit translatum, ut quam legem Salicam ipsi appellant, Gothica aut Vandalica debeat nunc pari.
- d Refert exempla Pet. Gregor. Tholosan. in Syntag. jur. univ. par. 3. lib. 45. c. 4. nu. 7. et seq.
- e Hinc est quod multi Angli scriptores conati sunt legem illam Regni Salicam impugnare, sed ex ignorantia crassissima vel malitiose ut inquit Petr. Greg. de repub. lib. 7. c. 11. num. 71. fol. 449. et melius in Syntag. ubi sup. num. 10. et optime Ant. Mattarel. quem supra Author allegavit.
- f Et quia habitum fuit pro constanti quod tantæ molis impar sit mulier, ut in individuo scribit Papir. Masson. lib. 1. annal. Franc. et inquit Zas. conf. 1. nu. 62. lib. 2. Doctores adeo istud passim dicere, ut contrarium attentare sit ineptum, multas etiam rationes, quæ fæminas excludunt à Regno referunt Gomez. ad l. Taur. 40. num. 8. Petr. Greg. in Syntag. c. 11. num. 11. et de repub. lib. 7. cap. 11. usque ad num. 23. ubi præcipue multas mulieres malè rempublicam rexisse refert, sed et idem postea, et aliàs benè rexisse illustres et utiles fuisse reipublicæ dicit, quod et retulit Forcat. de feud. c. 7. nu. 2. et late etiam Ioan. Lessæ. Episcopus Rossens. ubi sup. fol. 12. et seq. sicut et numerare licet Principes proximos, et Principes optimos, utrorumque magna est copia, et ut idem Forcat. inquit stultorum infinitus est numerus. Sed Jacob. Orloshausen. integram composuit librum, an fæminæ et ab eis descendentes, in successione ab intestato extantibus masculis rectè excludantur, et masculi soli, et eorum descendentes admittantur, ubi late.
- g Plura exempla tradunt Stephan. Forcat. de feud. c. 7. n. et Renat. Chopp. de dom. Franc. lib. 3. tit. 6. Authores Galli.

- b* Ex hac Anna orta est etiam Renata secundogenita soror Claudie, quae nuptui tradita est anno 1528. Duci Ferraria, unde aliqui dicunt ex ea descendentes succedere in Ducatu Britanniae, quia quamvis tunc temporis, quando nupsit, renunciavit in beneficium Claudie sororis, et Francisci Primi Franchorum Regis, et eorum descendendum, omnia et singula jura etc. id fuit cum expressa conditione quod deficientibus masculis succederent succedentes ex ipsa Renata cujuscumque sexus, sed vanum est hoc disputare, quia non potuit Renata renunciare quod suum non erat, nec sibi aliquo modo competeat, & quia ipsa per Claudiam primogenitam excluderetur, omnes ex ipsa descendentes sunt exclusi, quousque unus remaneat cujuscumque sexus ex descendencia d. Claudie secundum terminos vulgatos.
- i* Et sic de Comitatu Flandriae, quod etiam feudum erat ejusdem Regni, non dubitamus quod in ipso femina succedant Bal. in Auth. statuimus C. de Episc. & Cler. vers. juxta hoc quæro, nam ut ex Historicis omnibus notare licet, Margarita filia Theodorici de Alsacia 16. Comitissae Flandriae ad successionem Comitatus illius Philippo fratre extincto devenit; Ioanna itidem fratri Balduino 9. Comiti 19. Constantinopolitanoque Imperatori successit; cui Ioanna Margarita Secunda soror postea, immediatè in successionem Comitatus ejusdem substituta fuit; Inde & ultimo Margarita Tertia Ludovici cognomine de Marla 27. Comitissae filia ad paternam successionem vocata fuit, & nupta postea, Carolo Duci Burgundiae Caroli V. Galliae Regis fratri effecit ut Comitatus iste Flandriae Ducatui Burgundiae jungeretur; Qui etiam Ducatus uti unum ex feudis Gallici Regni eandem servat similiter consuetudinem, ut in eo feminae admittantur, nam Maria ultima Ducissa Carolo patri anno 1477. in successionem Ducatus successit, Ducatumque illum Austriacis posteris transiit, & si Ludovicus XI. Galliae Rex tunc Ducatum illum usurpaverit uti devolutum Regiae Coronae masculis deficientibus, id non jure, sed de facto potius, & injustè factum fuit, nam altius exemplum deducendo consimile, mortuo Roberto Duce relicto liberis inter alios Odone, & Ioanna, extincta deinde successionem descendendum masculorum Odonis praedicti, Ioannes Galliae Rex praefatae Ioannae, & Philippi Valesii filius Ducatum adeptus est, & quod fortius idem Ioannes Galliae Rex postea professus fuit sub diplomate Burgundiam sibi competere non jure regii Diadematis, sed matris anno 1361. de mense Novembris ut testatur Renat. Choppin. de doman. Franc. lib. 3. tit. 3. num. 8.
- k* Unde in femina Ducissa fructuaria Angolimonum cui successit Rex in bonis ab ea emptis, quod licuerit ei subinde eam ditionem obvio cuique emancipare decisum fuisse in Senatu Parisiensi, testatur Renat. Choppin. de dom. Franc. lib. 1. c. 2. num. 17.
- l* Testatur Renat. Choppin. ubi supra lib. 3. tit. 3. num. 7. (diversa, inquit, ratio est in supremo quodam principatu coronae addito muliebris dotis nomine, nam à feminis inchoatus licitè ad feminas revolvitur jure hæreditario puta Navarræ Regnum &c.) quae verba maxime pro nobis concludunt, quia ut supra retigit Author noster, Ducatus Britannia per feminam intravit in coronam Franciae, & faciunt ad hoc quae de feudo femineo dicunt Doctores, quod ab eo femina non excludantur ad allegatos per Leopold. Hackelm. disp. illust. 18. Thes. 10. in princ. Hartm. Piff. quest. jur. civil. lib. 2. par. 2. qu. 34. nu. 18. Henrich. Rosenthal. in synop. feud. volum. 1. c. 7. concl. 35. & seq. & in majoratu idem tenet Burg. de pac. ad l. Tauri in proem. fol. 21. num. 131. vide tamen Gothofr. anten. in disp. feud. 6. Thes. 2. lit. B.
- m* Et quod in hoc Comitatu non habuerit locum lex Salica, testatur idem Renat. Choppin. de dom. lib. 3. tit. 6. nu. 18.
- n* Vide Aviles in cap. praetor. ver. islas, & cap. 6. in ver. tierra Burg. de pac. ad l. Tauri 1. nu. 451. & Iacob. Cur. Brugens. lib. 2. var. quest. cap. 46. fol. 106.

D. Thomas Moles.

A N N O T A T I O.

DE hac Successione Ducatus Britanniae pro Sereniss. Infanta Helisabetha Invidiis. Reg. Philippi II. primogenita, Responsum quoque elucubravit Regens Franciscus Alvarez de Ribera, cum additionibus Reg. Caroli Tapia, typis editum.

Apud Gallos jacetur lex Salica, feminas à successionem excludens, cujus nominis apud omnes origo incerta habetur: Unde Anglus quidam, dicente Gallo se nescire, ubi scripta esset lex, quae dicebatur excludi à Regno Angliae, qui natus esset extrà Regnū: Invenies, inquit, illam ex altera parte legis Salicae, Polydor. Virgil. & Angli in Eduard. III. & Henrico V. & doctissimus Dom. Fernandez Miñan. in Basi Pontificia Iudisid. irat. 2. fundam. 2. quest. 7. nu. 5. uno ore fatentur, legem Salicam, esse figmentum Philippi Valesii, cum antè illam ætatem, ne nomen quidem ejus auditum sit, nec ullibi vestigium extet; Et vide Henricum Goccejum in orat. de lege Salica, edit. 1672. Heidelb.

C 2

Henri-

Henricus Cicelius Archiep. Cantuariensis in orat. qua Henrico V. persuasit secundum bellum Gallicum, legem Salicam latam scribit à Carolo Magno, sive à Francis, à Carolo in Misnia traductis. Cæteri ex *Guagnino lib. 1.* Pharamudum Regem legis Authorem constituunt, cui ad iiciunt quatuor Consiliarios Salgastum, Archifflaminem, Datem, & Visogastum, *Io: Ferrar. in l. 2. de R. I. Io: Pyrrhus in princ. Comment. de leg. Sal. Hieron. Hennig. in Genealog. Reg. Francia, Author Paris. tit. 1. §. 16. Corset. de potest. Reg. quæst. 66. Steph. Forcat. de feud. c. 7. n. 1. Bodin. lib. 6. de Rep. c. 5. alique.*

Franc. Hotomanus in Franco-Gallia cap. 9. ex Consuetudine feudorum transam esse legem Salicam censet, & quidem in *c. un. de filiis nat. ex matr. ad Morgan.* ejus fit mentio, quam Longobardicæ apponunt; Cæteri ad Consuetudinem refugiunt; Franci verò legem his verbis concipiebant: *In Terram Salicam mulieres ne succedant*, Terram Salicam, Regnum, Franciamque interpretabantur; Nam ut *Armenii* olim *Nov. 21.* ita & Saxones, Thuringi, Franci, quorum aliquam nationem Salicam dictam fuisse ferunt, fœminas excludebant, quod constat; non tantum ex *tit. de Allode*, sed etiam ex *epistola quadam Marchulphi Sali*, quam *Cuiacius* inseruit in *obs. 14. lib. 8.* Cum non solum in Regia Domo viguisse illam legem, sed ad privatas familias dimanasse constet ex *Friderico Lindembruchio in glosario ad leges antiquas.*

Quo jure non tantum Clotharii, Sigerberthi, Hucini, & fratrum filix causa ceciderunt, sed & Eduardus Anglus, Isabellæ, trium Regum, Hutini, Philippi Longi, Caroli Pulchri sororis filius; Unde cum *Anglus* diceret.

*Anglorum Regno sum Rex ego jure paterno,
Matris jure quidem Gallorum nuncupor idem,
Hinc est armorum variatio justa meorum.*

Gallus respondit:

*Prædo Regnorum, qui diceris esse duorum,
Regno materno privaberis, atque paterno:
Mater ubi nullum, jus natus non habet ullum,
Hinc est armorum variatio stulta tuorum.*

Sans. de Rep. Gall.

Renatus Choppinus de Doman. Franc. lib. 3. tit. 1. num. 2. adducit opinionem, quod sit error dicere legem Salicam ex incuria Impressorum, & quod potius esset dicenda *lex Gallica*, vel à *Sale*, tamquam à recta ratione, *Io: Pyrrhus in princ. comm. de l. Salic. Avissonus in tract. de Sale, Terra, & lege Salica cap. 4.* quasi Pharamundus latina rebus nomina dederit. Vel à *Saliis* Sacerdotibus, ut fabulantur. Vel à *Saliis* Alpinis, ut censet *Baldwin. in Prologo pag. 10.* Vel à *Saliis* natione Francorum, quæ opinio est vero simillima, *Æmil. lib. 8. Auctor damn. ad Consuet. Paris. tit. 1. §. 16. Connan. lib. 1. comm. jur. cap. 8. num. 5. Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 22. Covarr. cap. 1. præf. qq. num. 8. ad fin. Hotoman. ubi supra, Steph. Forcatul. de Gall. imper. & Philosoph. lib. 5. fol. 702.*

Nam quod *Chassan. in Consuet. Burg. rubr. 3. §. 5. num. 40.* denominatam putat à primis verbis legis: *Si aliquam*; deridetur ab *Hotomano*; fuere enim inter Francos præcipui *Sali* à *Sala* fluvio, quem incolebant; sic denominati, quorum etiam meminit *Ammian. Marcellin.* quem citat *Paul. Æmil. lib. 8.* Sic inquit *lib. 17. Casar petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos Consuetudo Salios appellavit*; & illud *Sidonii Apollinaris.*

Sauromates clypeo, Salius pede, falce Gelonns.

Rhenan. lib. 1. rer. German. huc referens illud Claudiani, de Laudibus Stilichonis.

Ut Salius jam rura colat.

Una, inquit, sanè præstans Francorum natio, Salingos, à fluvio Sala se nuncuparunt, cit. Steph. Forcatul. de Gall. imp. & philosoph. lib. 5. pag. 701.

Sed hæc omnia vera esse, quoad successionem totius Regni Franciæ; Quo verò ad Britanniam, Normandiam, & Aquitaniam Ducatus, atque aliorum feudorum in Regno sistentium, prædictam legem non procedere probat noster *Author hic*; Et sic ea feuda ferè omnia, etiã Regalia, & ipsorum Parium in Gallia ad fœminas devoluta leguntur, adeo Comitissa Flandriæ, inter Pares publico judicio præfederit Lutetiæ, ut plures referunt; & præbendarum referendarum facultatem habuerit, de concessione ipsius Innocentii Papæ in *c. dilecto 4. de testib. Quia in cap. dilecto 4. de arbitris, præcèlentes fœminas in Gallia, dicitur obtinere ordinariam jurisdictionem*; ubi *Gonzalez Tellez in comment. num. 11.* post alios, id notat; Et videndus quoque *Dom. Reg. Consil. Franciscus de Andrea*, nunc *Reg. Erarii Advocatus* in eruditissima *Responsione, ad tract. de juribus Regina Christianissima de Successione Ducatus Brabantia, aliorumque Statuum Flandriæ, pag. 56. & pag. 88.*

Aliquoties equidem, per fœminarum nuptias, & successionem; Dominos mutarunt, Flandria, Artesia, Brabantia, Burgundia, Monsbelgard, Aquitania, Pictonium, & Britannia, ut

serio-

serioſius, ac de aliis quoque recenſet *d.m. Henning. Arnif. de Republ. cap. 2. ſect. 1e. à num. 20. ad ſeqq.* & plenè *Raymundus Ricchard. in libro Italico, cui tit. Riſſeſſioni Belgiche par. 2. diff. 2. punct. 4. §. prelatione del ſeſſo, ubi probat, nonnulla ex Regnis Hiſpaniæ, & Galliæ fuiſſe unita mediātib. ſceminis, cauſa dotium, & hæreditatum.*

Imò tam ſceminas, quàm maſculos promiſcua confuſione admitti debere, diſputant præfatæ legis Gallicæ memores, poſt *Petrum Gregor. lib. 7. de Republ. cap. 11. Smith. de Rep. Angl. c. 16. & Anglicos Scriptores communiter in vitis Eduardi III. & Henrici V. Arnif. d. c. 2. ſect. 12. Ramirez de lege Regia §. 3. R. Valenz. lib. 2. conf. 198. à num. 96. Vela diſſert. 4. à num. 92. Caramel in Philippo Prudente lib. 5. diſp. 4. num. 4. Franciſc. Velaſc. in Ioanne Quarto 2. par. punct. 1. §. 3. Io. Torre in tract. de Succēſ. in primogen. & majorat. Italia par. 1. cap. 3 §. 4. num. 140. & §. 6. per tot.*

Has denique notulas (inter forenſes, quibus in Advocationis munere angimur, curas) elucubratas, benigno candore, non livore excipite; Si enim minùs gratæ vobis erunt, multiformi hominum ſententiæ adſcribatis, vel humanæ miſeriæ, cum omnia, teſte *Livio dec. 3. lib. 10. cap. 3* 1. quæcumque agimus, mille caſibus ſubjecta ſint; ſin autem, vel ad Authoris opus conferentes agnoſcētis, ad Majorem Dei Gloriam referatis.

Nicolaus Cajetanus Ageta.



DELL:

DELL'ORIGINE, STABILIMENTO, E PROGRESSO

Della Dogana delle Pecore di Puglia.

D I S C O R S O I.



NA delle più principali, e fertili Provincie d'Italia, è Puglia detta la piana, anticamente nominata Daunia, li cui confini sono dalla parte di Levante il fiume Ofanto, cioè la bocca; detto da gl'Antichi Aufidio; per il quale si divide dalla Provincia de Terra de Bari, dalla parte di Ponente, il fiume Fortore, anticamente detto Fiterno, per lo quale si divide d'Abruzzo citra, da là del Norte il mar Adriatico, da là di mezzo giorno la fonte dell'Ofanto, per la qual parte si divide dalla Provincia di Basilicata, e gli Appennini; La cui parte si dice modernamente la montagna di Crepacuore, e Sferracavallo, per dove si divide della Provincia di Principato Ultra, sincome si collige da *Girava Geografo*, che allega molti altri, e *Ruscetto*.

